

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

KW 224
D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Koninklijke
Bibliotheek
's Haage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

AD LECTOREM PRÆFATIO.

BEnevole Lector. *Ecce tibi compendium abſolutiſſimum Reip. Leodienſium: ad quod ſymbolas ſuas præſtantiſſimi quique in hoc genere ſcriptores contulere. Operam autem ſedulo dedimus ut ne quid, quod alicujus momenti eſſe videbatur, omitteretur. Habes hic agri Leodienſis deſcriptionem accuratiſſimam, Vrbium antiquitates, & quæ in ijs viſu digna, Diplomata veterrima, in quibus multa alibi non obvia habentur, atque etiam hiſtoriam Epiſcoporum Leodienſium, qua meliorem, aut elegantiorem in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

venire non potuimus. Sed ſu-ſpenſum te diutius non tenebo. Habe tantum in frontiſpicio hanc auctorum tabellam.

DESCRI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DESCRIPTIO
AGRI
LEODIENSIS,

AVCTORIBVS

L. GVICCIARDINO,

ABRAHAMO ORTELIO,

VALERIO ANDREA.

Ioannis Placentii Hiſtoria Epiſcoporum Leodienſium.

Diplomata Leodienſia nunc primum junctim edita è Bibliotheca M. Z. B.

Alia, ad res domi foriſque à Leodienſibus geſtas ſpectantia, paſſim excerpta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

CAROLI LANGII

AVGVSTA EBVRONVM

LEODICVM

PLeraque cenſentur Cerealibus oppida campis;
Sunt quæ vitigeris nobilitantur agris.
Quædam etiam effoßis fiunt præclara metallis,
Divitias aliis paſcua læta ferunt.
Illa ſitu ſpecieque decus famamque merentur,
Mœnibus hæc laxis, ædibus illa ſacris,
Pluribus inſignis nomen dedit amnis honeſtum,
Quo meat & remeat velificata ratis.
Hæc urbes aliæ: & dum ſingula quæque ro-titur,
Pœne effert ipſis cornua ſideribus.
Aſt ego læta fruor ſimul omnibus; omnis Divi
In gremium quondam depoſuere meɩ[illegible].
Hic frugum omne genus, ſeu vis quæ falce metuntur,
Sive colona avido quæ legit uſba ſinu.
Triticeæ inprimis ſegetes. Ennæa quot olim
Quamvis divina conſita gleba manu,
Laſerpitiferæ quot non videre Cyrenæ;
Tam ſunt Hasbaniæ rura beata meæ.
Plurimus hic etiam Bacchus, gratiſſimus ori

Dum

Dum ferus arentes Sirius urit agros.
Nemo mihi jactet ſummis quæ divite vena
Terræ viſceribus forte metalla trahit:
Hac quoque dona mihi terra pater ubere dextra
Et dedit, & grandi fœnore cincta dedit.
Quadringenta auri redeunt mihi millia in anno:
De carbone atro quem mea mittit humus.
Nec ferri eſt uſura minor, ſed & ubera plumbi
Vectigal grande & marmora noſtra ferunt.
Prætereo invitus, quorum hic inſigne macellum eſt,
Capreolos pingues, lanigeroſque greges.
Prætereo variis pomaria fructibus aucta,
Alcinoi quantas non dedit hortus opes,
Naiadumque domos gelidos per compita fontes,
Qui mihi meſſe auras, grataque pocla ferunt:
Et te Moſa canam. Nam quot, tot munera cœli,
Si mutare aliis non licet ulla mihi?
Ergo inter primos quos Gallia procreat amnes,
Non tibi poſtremus Moſa feretur honos,
Innumeris tua me felix beat uſibus ora,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Et tuus innumeras alveus edit opes,
Ora dat immenſas ſylvas , tectiſque fociſ-
que
Materiem , omnigenis luſtraque tuta
feris,
Prataque vel denſo paſſim redolentia fœno,
Vel detondenti pabula læta boui.

DESCRI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DESCRIPTIO EPISCOPATVS LEODIENSIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

EPISCOPATVS LEODIENSIS.

DIOECESIS, ſeu Ditio Leodicenſis, à Septentrione pariter atque occaſu terminatur Ducatu Brabantiæ: ab ortu partim Moſam habet, ac Ducatum Limburgenſem, partim Provinciam Namurcenſem: ab auſtro denique Lucemburgenſi Ducatui confinalis eſt. cœlo fruitur clementiſſimo temperatiſſimoque. ſolum tritici aliarumque frugum, item fructuum tractui conceſſorum feraciſſimum, nec amœnum minùs. adeò ut per totam ferè Provinciam, imò & terras conterminas, ſatis bonum naſcatur vinum, etſi magnam partem exile, carnes, piſces, & omne genus ferinæ non præſtantes hic tantùm, ſed & abundantes. plurimæ ferri, nonnullæ & plumbi venæ. neque deſunt fodinæ vitrioli ſulphuriſque, etiam auro, non ſpecie minùs quàm bonitate laudabili, nonnuſquam intercurrente. Montium item & lautumiarum adfatim; è quibus cùm alia ſpecioſiſſimorum operariorum lapidum genera, tum alabaſtrites in primis, nigris maculis interſtinctus, ac diſcolor illud pulchreque variegatum marmor, ſuprà in Namurcenſi tractu deſcriptum, copioſè effoditur. Occurrunt de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

nique propè innumerabiles venæ, profundiſſimique meatus ſubterranei: unde mirandis planè operibus, ſumtibuſque vel fidem ſuperantibus, maximo ſæpè operarum, huc & illuc ſerpentium, ac ſub ipſum adeò Moſæ ſupernatantis alveum venas illas rimantium, etiam vitæ periculo, eruitur lapis ille niger atque uſtibilis, quem in Hannoniâ quoque & Namurcenſi tractu reperiri narravimus. Sed videlicet Leodicenſem hunc cæteris multò meliorem, adeóque copioſiùs longè & abundantius hinc educi. ita ut è ſolò urbis Leodici territorio, leucæ circiter ſpatium ambitu ſuo includente, non ipſis dumtaxat civibus, etſi incredibilem pæne copiam ejus abſumant, quam largiſſimè de carbonario iſto lapide proſpiciatur, ſed & foras quotannis pretio minimùm centenorum millium ſcutatorum, utcumque vili admodum væneat, evehatur. Vtuntur hi homines iſthoc lapide, non ſecùs quàm alii Belgæ uſtibili illo ceſpite ſuprà nobis deſcripto, lapidem dixi, quia materies ſanè lapidi quàm ſimillima, etſi levior tamen, & ſecari facilior. color ei nigerrimus, ac vulgò audit *charbon de Liege*, carbo Leodicenſis. ignem mox ut ſentiſcere cœpit, apprehendit, accenſus vero paulatim inardeſcit, ac vehementiſſimum edit æſtum. unde jactare ſolent, & quidem verè, Leodicenſes, tria præcipuè ſingularia ſibi ſuppetere, panem videlicet pane meliorem,

liorem, ferrum ferro durius, ignemque igne calidiorem. ſed proprietas quædam huic ſaxo, omnium niſi fallor aliorum uſtibilium proprietati contraria, quod ſi aquam injicias, accendatur, reſtinguatur verò, ſi oleum. qui odoris gravitatem non fert, is pauxillulùm ſalis, quo & cæteri egent carbones, injiciat: mox purgabitur vitium. quod & maximus vates ita per viam innuit:

Excoquitur vitium atque exudat inutilis humor.

Inventum fuit hoc carbonarii lapidis genus in Leodicenſi iſto tractu anno jamtum 1198, idque ut narrant ſcribuntque à peregrino quodam religionis ergo. qui cùm fabro cuidam, velut divinâ virgulâ, eum monſtraſſet, mox diſparuit. nec de auctore quidquam prætereà conſtitit. Gignit item ager Leodicenſis magnâ copiâ præſtantiſſimum genus nitri. & ut paucis dicam, regio eſt prorſus felix & admiranda, in tantum ut vulgò dicatur, *le Paradis des Preſtres*, Paradiſus Sacerdotum. Ioannes Mandevillius, Eques Britannus, idemque medicinæ doctor clariſſimus, qui inter alias ſuas heroicas actiones, tam variè tamque mirabiliter (ut ex ipſius aliorumque ſcriptis conſtat) per orbem terræ peregrinatus eſt, negat ſe ullam vidiſſe regionem (ſive quod cœli temperiem, ſive fructuum terræ bonitatem attinet, ſive denique ſitum & innumerabiles commodi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

tates gratiaſque ſumma cum libertate conjunctas) quæ præ Leodicenſi hac ipſi arriſerit. quare poſt varios caſus laboreſque pænè inæſtimabiles, Leodicum ſeſe, tanquam in tutiſſimum portum recepit, ibique reliquum vitæ exegit, mortuus tandem anno 1372, & quàm honorificentiſſime tumulatus in Cœnobio Guilielmitarum, extra portam Aureujam. ubi & hodie tumulus ejus viſitur ſcitiſſimis epitaphiis exornatus, una cum aliis aliquot viri monumentis, quæ ceu ſacras quaſdam reliquias viatoribus monachi illi oſtendunt.

Habet Epiſcopatus iſte ditioni ſuæ ſubjectas complures urbes, arces, pagos, & municipia, tum ſupremas etiam quaſdam dignitates. præter enim antiquam illam Epiſcopalem cathedram, & Ducatum Bullionenſem, inſcribit & Marchionatum Francimontanum, necnon Comitatus Lootzenſem & Hasbanienſem. multas inſuper numerans Baronias, duaſque & quinquaginta primarii nominis, ac ditiſſimas Abbatias. Continentur autem hac ditione, præter ſemiſſem illum urbis Trajecti ad Moſam, cujus ſuprà meminimus, viginti & quatuor opida muris clauſa: Leodicum nempe, quæ totius terræ metropolis, Bullonium, Francimons, Lootzia, Borcwormia, Tungri, Huyum, Haſſeletum, Dinantum, Maſacum, Stochemum, Bilſa, Trudonopolis, Tuinum, Viſetum, Vare-

mum,

mum, Beringa, Herca, Bréa, Pera, Hamontum, Sineja, Foſſa, & Covinum. Pagos adſerunt eſſe ſuprà mille ducentos. in quibus Baroniæ complures & toparchiæ. Sed deſcribamus hinc noſtro more, initio facto ab ipſo capite, ſingula corporis hujus membra.

LEODIUM
vulgo *Luyck*.

LEODICUM, ſive Leodium, quæ & Legia dicitur, eo tractu eſt poſita, quem in Commentariis narrat Cæſar habitatum fuiſſe ab Eburonibus: qui Duce atque auctore Ambiorige, ex inſidiis ceciderunt Cottam Sabinumque, Imperatoris ejus legatos unâ cum legione & cohortibus quinque Romanorum. Hubertus Thomas, hujus terræ hiſtoriographus, vir eximiè doctus, & ob raras virtutes inter intimos Secretarios Friderico Comiti Palatino, Sacri Imperii Septemviro Electori, Legiæ quidem nomen derivat ab occisâ illâ Romanorum militum legione: ſed conditorem ei adſignat Ambiorigem illum ſupradictum: quem ob ingratam ſuam perfidiam ad necem uſque perſecutus eſt idem Cæſar. Alii nomen ſumſiſſe volunt ab amne Legiâ, qui ad Anſium pagum natus, tertiâ inde leucâ urbem illa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

bitur, ac Moſæ inibi ſe commiſcet. Richardus Vaſſemburgius & cum eo Ioannes Placentius in hiſtoriis ſuis narrant, Divum Hubertum Aquitanum, primum Opidi Præſulem, primum etiam ejus conditorem reverà fuiſſe, cùm anteà nihil eſſet quam pagus, conditóque impoſuiſſe vocabulum Legiæ. Alii rurſus non conditorem eum, ſed inſtauratorem fuiſſe contendunt: urbi autem antiquam & inde à Græcis originem tribuunt. Vtut ſit, & ex poſitu admodum opportuno, & murorum quorumdam ſemirutorum parietibus, aliiſque id genus venerabilibus monumentis intus foriſque extantibus, vetuſtiſſimam urbem eſſe colligitur. Vtitur ea in gravioribus ac majoris momenti rebus pervetuſto ſigillo, cum tali elogio: *Legia Romanæ Eccleſiæ unica filia.* unde varia porrò deducunt argumenta ad dignitatem ſimul & antiquitatem urbis demonſtrandam. Sita eſt prorſus mirificè inter colles & montes in amœniſſimâ valle ad Moſam flumen, quod duplici cornu eam ſcindit, pluſculas creans inſulas habitatas, ſub grad. longitudinis quidem 28, latitudinis verò 50, & minut. 51. Præter Moſam & Legiam ſupradictos, interluitur etiam aliis tribus rivulis, Vta, Veſa & Ambluaria, qui orti in Arduenna ſilva, Moſam hic influunt, & præſtabiles præbent piſces. nominatim verò is Vta, qui cùm varia gignat eorum genera, tum præſertim ſuaves illos

illos ac delicatos Vtinenſes. ne quid dicam de optimis troctis, & tot aliis piſcibus, ſuprà dum Moſam deſcriberemus, prolixius explicatis. Manant inſuper tota urbe & aliæ quædam non limpidæ minus, quàm juges aquæ; unde pulchri porrò & frigidi paſſim fontes, tanta copia, ut ne domibus quidem deſint, imò binos eos ternoſque nonnullæ numerent. rem non utilem minùs, quàm præclaram! Opidum capax valdè & amplum, ſic ut arduos quoſdam montes, compluſculas valles, varios aquæ perennis rivos, & pulcherrimas aliquot vineas complectatur. unde Philippus Cominæus amplitudine urbem Rhotomago parem facit, etſi multò tamen reverà ſit major. Plurima continet ædificia miræ pulchritudinis, idque è vivo ſaxo: præſertim verò palatium Præſulis, ea magnificentia ſplendoréque ſtructum, ut ſi operi ſumma manus accederet, meritò numerandum ſit inter orbis prima, cœpit à fundamentis magnanimus ille Erardus à Marca, S. R. E. Cardinalis. civium item domus pulchræ & commodæ. Sed quod cultum Divinum attinet, non eſt ulla per Galliam univerſam, perque Inferiorem ſimul & Superiorem Germaniam urbs, quæ ſi ædium quidem ſacrarum cœnobiorumque & id genus locorum copiam, ſive majeſtatem etiam & ſplendorem, ſive opulentiam denique reſpicis, cum Leodico comparanda ſit. Habet enim hæc noſtra

octo luculentiſſima Canonicorum Collegia,& in iis ampliſſimum illud Divi Lamberti,civium tutelaris. quod (ut mox dicturus ſum) inſtitutum fuit à Divo Huberto, approbante Pontifice Maximo, ac tam amplo dotatum cenſu, tantaque ac tali auctoritate inſtructum, ut ſecundum Epiſcopum, in adminiſtrando Epiſcopatu plurimum poſſit. non admittitur verò hic ullus Canonicus, niſi vel ſtirpe nobilis, vel doctoris ut minimum, Licentiative (ut vocant) titulo commendetur. admiſſi, niſi & ſacris initiati ſint, quandocumque placuerit, ab inſtituto reſilire, & uxoribus copulari poſſunt. Viſuntur in veneranda iſta cæde complures reliquiæ ſacræ, miro auri atque gemmarum ornatu collucentes. Inter alia verò equeſtris ſtatua Divi Georgii, juſtæ magnitudinis, ex auro puro: quam Carolus Audax, Dux Burgundiæ, in pœnitentiæ ſignum, ac ceu multam ſibimet ipſi impoſitam, quod expugnatam (ut infrà dicemus) urbem crudeliter nimis atque immaniter tractaviſſet, templo quondam donavit. Habet inde quatuor longè ampliſſimas Abbatias virorum, quarum in ſuburbanis quidem & extra portam, vel primaria illa Divi Laurentii: intra pomœrium verò ea Divi Iacobi. ambæ Ordinis Divi Benedicti: ambæ pulchris copioſiſque Bibliothecis inſtructæ. Habet tres Abbatias fœminarum. Item quatuor Ordines mendicantium: quorum

rum ſunt qui duplex habent cœnobium, puta Sodales Divi Franciſci, alterum Obſervantium, alterum verò Conventualium. Habet triginta & duas parochias. inter quas potiſſimum eminent eæ Beatæ Virginis, Divi Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Servatii. Habet denique alia multa templa, & monaſteria, Xenodochiaque optimè inſtituta, ac lautè ſatis dotata. ſic ut intus foriſque centum & amplius numerentur templorum moles. unde ſuo jam-tum (quod eo magis conſiderandum eſt) ævo, dixit alibi, nec immeritò, noſter Petrarcha: *vidi Leodium, inſignem clero locum*. Habet item Leodicum triginta & duo artificum Collegia, quorum ingens in univerſa republica eſt auctoritas: ita ut nullum promulgari poſſit edictum, nullum publicè capi conſilium, niſi accedat eorum conſenſus. ac præcipuum quidem eſt illud vaſculariorum: antiquiſſimum verò ferrariorum. Urbs eſt admodum frequens. cives ejus ingenioſi, ſagaces, & ad quidvis audendum promti. verum peſſima & inveterata quadam conſuetudine, ad ignaviam, ac mutua inter ſe diffidia, quàm laborem & amicitiam proniores. audaces tamen, robuſti, ac militiam palàm ſemper profitentes. Nec in literis unquam caruere viris Illuſtribus. quales non ita pridem Notgerus, Franciſcus, & Stephanus, omnes patriæ Præſules: item Adelmannus, Egbertus, Lambertus, Antiſtites verè

tes verè docti & reverendi, ac multorum librorum ſcriptores. Hodie florent Henricus Benius, Conſiliarius, vir inſigniter doctus, & facundus in primis Orator. Balduinus Vaus, Iuriſconſultus clariſſimus. Gilbertus Limburgius, magnus Medicus, qui cum laude Epiſcopis aliquot ſuperioribus inſervivit. Sermo iſtorum communiter Gallicus: ſed quia Galliam inter atque Germaniam & hanc Belgicam noſtram poſiti; corruptus valdè & perabſurdus: at quem poliant in dies ac emendent, ita ut ſtirpe nobiles, quique in aliquo ordine, purè ſatis & expeditè loquantur.

Eſt Leodicum quidem urbs Imperialis, ſed in quam tamen nihil juris habeat Imperator, niſi quod bellum cum Turcis geſturo ſuppeditare debeat pauculos aliquot milites, ſeu pecuniam potius in eorum ſtipendia erogandam. At in civili ſimul & eccleſiaſtica re ſupremo Epiſcopi ſui imperio ſubeſt: iis interim privilegiis atque immunitatibus gaudens, ut ceu libera quædam reſpublica, à Conſulibus ſuis, Senatoribus, aliiſque Magiſtratibus Opidanis, populariter gubernetur, & in Eccleſiaſticis quidem primò Coloniã, inde Romam: in civilibus verò, modo ne certam pecuniæ ſummam lis excedat, Spiram, & Imperialem inibi Cameram provocat. Fuit olim, quàm noſtro hoc ævo, florentior; ut in qua uſque adeò honeſtæ omnes litteræ diſciplinæque viguerint, ut

(au-

(auctore quem dixi Huberto Thoma) domicilium hic uno eodemque tempore haberent, ac Muſarum ſacris operarentur novem filii Regum; viginti quatuor, Ducum; viginti novem, Comitum: Dynaſtarum verò & Procerum, longè plures, qui tantorum Principum filii, ſi non omnes, quod multi tamen adfirmant, ad ſaltim bona ex parte, Canonici erant (vide quæſo in quanto tunc pretio res eccleſiaſticæ!) auguſtiſſimi ejus Collegii, Divo Lamberto ſacri. Sed devaſtarunt exinde Dani, Normanni, & recentiore memoria, anno ſcilicet 1468, Carolus Dux Burgundiæ, qui indignè admodum ferens, quod Epiſcopos ſuos peſſimè ſemper Leodicenſes tractarent, aliaque parùm ex æquo & bono molirentur, graviter iis infenſus, urbem priùs obſeſſam cepit, captam verò, ſolis templis exceptis, totam crudeliter diruit, atque ſolo æquavit. At cum tempore tamen & per longam pacem, non inſtaurata dumtaxat, ſed & ampliata eſt, inque meliorem, quàm aliquot anteà ſæculis fuerat, ſtatum & faciem reſtituta. Viſitur etiamnunc, in memoriam tam horrendæ cladis, tabula quædam lapidea, extra portam Divi Martini, verſus meridiem, in præalta turri, quam Mouchonenſem vocant, appenſa, ubi & Gallicis rhythmis memoratur, quomodo reparata fuerit civitas à tredecim ſuis Fermentariis (ita enim

enim eſt titulus) quorum caput tunc & Decanus Hinsberlaus Samrollius.

TRAIECTVM
AD MOSAM
vulgo *Maeſtricht*.

TRAIECTI ad Moſam, quidquid alii ſcribant, & nomen juxta, & etymon vetus eſt, inde videlicet ductum, quod trajiciatur ibi id flumen, voce Teutonica Latiari omnino & ex amuſſim, quod ajunt, reſpondente. Latini, ad inferioris Trajecti, **Utrecht** Belgicè dicti, & in Hollandiæ finibus poſiti, differentiam, vocarunt quoque Trajectum Superius. Opidum oportunè prorſus & commodè ſitum: nempe ad ipſum flumen, quod medium ferè interluit, ponte magnifico & pulcherrimi operis, eoque è lapide, ac vel Cornelio Tacito nominato, & Leodico quatuor leucis diſſito, ſtratum. eſt autem urbs ſolo ampla, antiqua, & probe adverſus hoſtiles inſultus munita, pulchris denique & crebris ædificiis denſa. duo in ea potiſſimum templa: quorum alterum, ipſomet Rege, qua videlicet Duce Brabantiæ, gaudens Canonico, Divo Servatio ſacrum eſt. ei, qui populos iſtos omnium primus ad fidem Chriſtianam convertit, primuſque hic egit Antiſtitem.

quod

quod munus tam ſanctè adminiſtravit, ac tot tantiſque miraculis claruit, ut meritò obtinuerit Divi vocabulum. obiit præſul ſanctiſſimus anno nonageſimo quinto ſupra trecenteſimum. viceſimus verò, idemque & ultimus Præſulum Trajectenſium fuit Divus Lambertus, is, qui martyrio inibi coronatus eſt. quam ingratitudinem quidem & crudelitatem iſtius gentis graviter & indignè ferens Divus Hubertus, Pontificiam ſedem, Summi Pontificis nutu & auctoritate, uti latius infrà narrabimus, Leodicum tranſtulit, anno ſeptingenteſimo decimo. In æde Divi Servatii plurimæ adſervantur ſacræ Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Divorum reliquiæ, quæ ſtatis anni temporibus, & per alias quaſdam occaſiones, magna cum gravitate ſolennitateque populo exhibentur ſpectandæ. Alterum è primariis templis Divæ Virgini dedicatum eſt. Habet inde Trajectum nobiliſſimum illud & peramplum Cœnobium, quod Biſſen vulgò appellant, Equitum Teutonicorum, ordinis Divæ Mariæ Hieroſolymitanæ. locum, vel frequentiſſimæ aulæ excipiendæ, non idoneum minus, quàm capacem. Quia verò maximi nominis & momenti eſt iſtud Sodalitium, ac Teutonicæ genti præ cæteris proprium: cujus gẽtis hic noſter tractus non exiguum membrum eſt, in quo quatuor ordinis ejus cœnobia, arces mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

tas & pagos ſub ditione ſua tenentia: extra ſcopum non erit, ſi breviter referamus ejus originem, ac deinde nonnihil dicamus de progreſſibus, atque præſenti ſtatu. Sed quo melius clariuſque intelligatur & ea quam diximus, & conſimiles aliquot illi conjunctæ res, altius paullo exordiendum eſt. Dico itaque anno jam-tum milleſimo nonageſimo nono, & ante recuperatam ab exercitu Chriſtiano Hieroſolymam, mercatoribus Italis, ab infidelibus inibi Satrapis, factam fuiſſe templi in honorem Deiparæ Virginis ædificandi poteſtatem. qua illi obtenta, gemina, vicem unius, templa, geminaque, alterum viris, alterum verò fœminis, condiderunt cœnobia. quæ ab exteris quidem religionis ergo, ad ea loca ſe conferentibus, inibique figentibus ſedes, ſuſtentabantur. Cœnobiis paullopoſt acceſſit & Xenodochium, Divo Ioanni ſacrum. cujus illi præfectis, religioſis nimirum & idoneis viris, curãdos commiſere pauperiores Chriſtianos. eos autem Religioſos loci tunc temporis Patriarcha candidæ crucis ſigno ad dexteram inſignitos Hoſpitalarios nominavit. atque à tenui iſto & levi principio originem traxit ordo Equitum Divi Ioannis. qui, quod ob egregia merita (ſicuti piè credendum eſt) Domino Deò eſſent cordi, ad tantam deinde potentiam ſunt progreſſi, ut inter alia quædam præclare geſta, Saracenis manu armata eripuerint

Inſulam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Inſulam Rhodum, anno Domini 1308. unde & Equitum Rhodienſium titulo ſeſe ipſi inſignierunt. tenuerunt autem & valide propugnarunt hanc Inſulam: donec terribili tandem exercitu, formidandaque potentia ab Solimanno Turcarum Imperatore obſeſſi: poſt toleratam ſex ipſos menſes obſidionem, & horribilem illam tempeſtatem: cum non ferrentur ipſis à cæteris Chriſtianis, perniciofis inter ſe & civilibus bellis implicatis, ullæ prorſus ſuppetiæ: duro neceſſitatis telo coacti, & ab uno è ſuis inſuper proditi, compoſitione cum hoſtibus facta ſe dediderunt, & locum illum, ſub finem anni Chriſtiani 1522. Turcis ceſſerunt. Atque hoc pacto amiſſa eſt, non ſine graviſſimo damno, maximaque Chriſtiani nominis ignominia, noſtra illa ad Orientem rupes & propugnaculum, quod tutiſſimum plane præſtabat Latinis in Aſiam Palæſtinamque tendentibus commeatum. Equites autem ipſi, in Italiam inde tranſgreſſi, obtinuerunt non multo poſt ab Imperatore inſulam Melitam, inter Africam & Siciliam ſitam, eamque hactenus quidem feliciter occupant, glorioſa ſæpe pro ſanctiſſima noſtra fide ſuſtinentes certamina. quinimo nuper anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, admirando plane & inaudito animi robore, propulſarunt inſtructiſſimam illam Turcici Principis claſſem, tanto in ipſos impetu, tamque acri

obſidione, licet irrito prorſus conatu, ſævientem: cæſo interea hoſtium architha-laſſo Draguto, ipſoque hoſtili exercitu mirum in modum afflicto. uti plenius ipſi in Commentariis noſtris exſequimur. Tradit libro operis ſui viceſimo primo clariſſimus ſcriptor Raphael Volaterranus, Equites iſtos Rhodienſes, vel ſi mavis Divi Ioannis, eſſe Ordinis Sancti Auguſtini. quod ipſum teſtatur & Hiero. Paullus, libro, cui titulus, *de Ecclesiis*. at non obſtat tamen hoc votum, quo minus in bonis, ſibi hæreditate relictis, ſuccedant. nec enim nullum omnino habent cum mundo commercium: ſed cœlibatus dumtaxat lege obſtricti ſunt. reſtringitur verò eorum ſucceſſio intra ſimplicem uſumfructum, neque ad proprietatem extenditur: quia ſcilicet aliunde, & per *Commendas* quas vocant, de rebus ad vitam tolerandam neceſſariis, ipſis abundè proſpectum eſt. ita quidem ut directum rerum dominium revertatur ſine ulla omnino controverſia ad proximos quoſque agnatos. prout pluribus quidem ſententiis deciſum fuiſſe refert doctiſſimus Iuriſconſultorum Paponus, natione Gallus, in celeberrimis illis collectaneis deciſionum, libro viceſimo primo, titulo primo.

Anno deinde milleſimo cẽteſimo viceſimo octavo inſtitutus fuit eadem in urbe, nobiliſſimus Ordo Equitum Templariorum, idque à novem raræ virtutis & pietatis

pietatis hominibus, quorum præcipui quidem Hugo Paganus, & Godefridus à Sancto Alexandro. eos autem inhabitantes peculiarem quandam in templo partem Patriarcha vocavit Templarios, & rubra, ut tradunt, cruce ſignavit. Inſtitutum eorum & ſcopus, ut auxilium ferrent ac defenderent peregrinos, religionis ergo ea loca viſentes. unde factum, ut labentibus luſtris maximam ſibi auctoritatem & famam, nec minores opes & dignitates paraverint. ſed enim annis prreterpropter ducentis elapſis, cum prolapſi eſſent in hæreſim, & ex hæreſi porrò, ut fieri amat, in obſcœna quædam & nec nominanda peccata: tandem Pontificatu Clementis quinti, Imperatore Alberto Auſtriaco, cæteriſque Principibus Chriſtianis conſentientibus, cæſi paſſim ipſi atque extincti, opes verò eorum & facultates Rhodienſibus illis in parte ſunt attributæ.

Nec multo ab inſtitutis Templariis tempore, fundatus fuit in illa ipſa Hieroſolymitana urbe ſub præſidio Divæ Mariæ Virginis, ordo Equitum Teutonicorum, pari prorſus intentione, parique cum ſuperioribus illis pietate. excipiebant enim & ipſi tenuiores peregrinos, eoſque diligenter fovebant, & ſanctiſſimam fidem manu armata propugnabant. Primus ordinis conditor natione Teuto fuit, cujus & patria ſimul & vocabulum ignoratur. is, cum aliquot popularibus, Hieroſolymæ

jam à Chriſtianis receptæ ſubſtitit. cumque & uxorem haberet, & ab opibus ſatis eſſet inſtructus, populares ſuos pio animi motu ad ſacroſanctum ſepulchrum, magno indies numero confluentes, linguæque illius & itinerum parum gnaros, caritate ſua ſuadente commiſeratus, & fortunis ſuis & tecto benigne impertiebatur. adjunxit hic poſtea domui ſuæ ſacellum dedicatum Deiparæ Virgini. quo concurrentes paullatim infiniti propemodum Chriſtiani, alius quidem hoſpitibus ibi curandis, alius vero fidei defendendæ, Equitum Divæ Mariæ vocabulum nacti ſunt, & nigra ſuper candidam veſtem cruce à Patriarcha ſignari. Inde & numero ſimul & opibus auctiores crearunt inter ſe Magnum Magiſtrum, ſtatueruntque in primis & ante omnia, nequis admitteretur in Ordinem, niſi & Teutonicæ nationis, & nobili ſtirpe prognatus. vovent autem, inter alia quædam, perpetuo ſeſe paratos fore, defendendæ ſanctiſſimæ Crucis & Chriſtianæ religionis ergo, quodvis ſubire rerum ſuarum diſcrimen. barbam, iis tantum qui ſacris operantur exceptis, promittunt. loco precum horariarum orationem Dominicam recitant: neque vero tenentur litteras diſcere. quas eorum leges & inſtitutum approbavit auctoritate ſua Pontifex Maximus. Tranſierunt hi Equites, poſt amiſſam à Chriſtianis Ptolomaida, quo Hieroſolyma capta ſeſe receperant, in Su-

periorem

periorem Germaniam. ubi virtute & armis belli ſubjecerunt ſibi Provinciam illam ad ſinum Balthicum, cui nomen Boruſſiæ. quam, ſublatis ex ea profanis & idololatricis ritibus, introductaque vera Divini cultus ratione, jure belli ad noſtra uſque tempora poſſederunt: reſidente Magno ipſorum Magiſtro in urbe, quam ipſimet condiderunt ad Viſtulam flumen, & de nomine Divæ Mariæ, cujus nempe auſpiciis militant, Mariæburgum dixerũt. Creſcentibus vero deinceps mirum in modum eorum opibus atque potentia, tres tandem creati ſunt Magni Magiſtri, quorum unus apud Germanos; alter in Livonia; tertius denique, qui & totius Ordinis caput, in Boruſſia ſibi haberet ſedem. Iamque in eum locum res ipſorum redierant, ut vel magnis Principibus potentia nihilo eſſent inferiores. unde non raro cum ipſis Poloniæ Regibus, orta utrimque contentione ſuper confiniis, aperto Marte auſi ſunt decertare, & inſignes interdum reportarunt victorias: nihil veriti, quotieſcumque poſtularet neceſſitas, vel univerſum ſuum imperium fortunæ arbitrio intrepidè objectare. Incipiente vero recentioribus paullo temporibus inter eos regnare faſtu; & ſuccedente poſtpaullo diſcordia, quæque dira imperiorum & gentium omnium peſtis eſt, ambitione, cito facileque attriti ſunt. ita quidem ut ad ultimum præliantes cum Caſimiro Rege

Poloniæ, magna ſua cum ſtrage Equites noſtri ſuccubuerint, fuerintque coacti in verba Regis jurare, & patronum ipſum agnoſcere. Accidit inde anno undecimo ſupra ſeſquimilleſimum, ut electus in Magnum Magiſtrum Albertus Marchio Brandeburgenſis, excelſus atque magnanimus juvenis, Sigiſmundo, Caſimiri in regno ſucceſſori, præſtare noluerit debitum fidei ſacramentum. unde aſperrimum inter eos exortum eſt bellum: quod magna utrimque contentione perſeveravit uſque ad annum 1521. quo tempore quadriennales inducias pacti ſunt. Interea vero Magnus Magiſter Albertus, poſt adhibitum aliquod impetrandi ab Imperatore ſubſidii ſtudium, ipſe Noribergam ad Comitia, cauſſam ſuam commendaturus, profectus eſt. ſed viſo nimirum, Germanos Imperatoris cum Gallis bello, ac Turcarum in Pannoniam impetu, tum & ruſticorum tumultu, plus ſatis diſtringi, neque poſſe ipſius rebus attendere, captata fortaſſis occaſione, cum Polono tranſegit, ſeque obſequium illi & obſervantiam præſtiturum juravit: mutato interim, præter jus & fas, in Boruſſia rerum ſtatu, admiſſaque doctrina & ritibus Lutheranis, factus inde à Rege, ex Magno Magiſtro, Dux & Princeps Boruſſiæ, uxorem duxit Dorotheam, filiam Regis Danorum. unde concitatus in hominem univerſus Teutonicorum Equitum Ordo, eum, etſi Boruſſiæ

compo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

compotem, & magno illo Rege ſuffultum, titulo tamen & dignitate Magni Magiſtri privavit, ſuffecto in ejus locum Gualtero Crombergio. Ipſe, quia variè lacerabatur in omnibus ferè Germanorum comitiis, & videbat implorari contra ſe opem imperii. ſcripto ſeſe utcumque apud hunc mundum purgavit. ſed proſcriptus eſt tandem Cæſaris Cameræque, ut vocant, Imperialis ſententia, & judicatus imperii hoſtis, anno 1537. quæ ſententia tamen executioni numquam mandata eſt. imo verò Albertus numquam poſteà deſtitit ab incepto, ſed ubicumque potuit nobiliſſimæ Sodalitatis opes attrivit. Atque talis eſt hodiernus Teutonici Ordinis ſtatus, etſi divitis adhuc ſatis & præpotentis. in Livonia ſiquidem, & per utramque Germaniam, Superiorem dico & Inferiorem, multa hodieque poſſidet opida, plurimas arces, & pagos, innumera denique agrorum jugera. præcipua ejus ſedes Mergethaliæ viſitur, non incelebri Franciæ Orientalis opido, Magni ejus Magiſtri hodiernum nomen & titulus, *VVolfardus Dei gratia Administrator in Boruſſia*, &c. Sed ut revertamur deinceps ad intermiſſam deſcriptionem Trajecti, ſciendum eſt, Opido duos Dominos eſſe partem etenim, quatenus Dux Brabantiæ, poſſidet Rex Philippus: partem Leodicenſis Epiſcopus. quæ poſterior opidi pars, ſcribente Ioanne Placentio, antiquitus data fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

in feudum à Poro Lovanienſium Comite, Divo illi Servatio, cujus ſupra meminimus. quod videlicet Comitem liberaſſet ab virulento quodam è naribus exhalanti fœtore. atque hinc eſt, quod tranſlata Leodicum cathedra Pontificia, Pontifices Leodicenſes in hanc Opidi partem ſucceſſerint: quodque duplicem juriſdictionem & duplex tribunal, abſque notabili ulla finium differentia, cives Trajectenſes agnoſcant. quo verò & ſubditos ſuos Princeps, & ſubditi viceverſa Principem ſuum dignoſcant, invaluit inde à priſcis temporibus conſuetudo, ut præferatur in filiis genus maternum. hoc pacto; ut ſi alterutrius, ſive Regiæ, ſive Epiſcopalis juriſdictionis mulierem, duxeris tibi uxorem, filii eo conjugio nati, illius futuri ſint ſubditi, cui ſubjecta eſt mater. exteri autem, ſiqui ſuas hic figant ſedes, primo ſtatim ingreſſus die profiteri tenentur utri Principum velint eſſe ſubjecti, & ſub eo poſtea vivunt, ejuſque ſequuntur auſpicia. Sciendum tamen, ſupremum Opidi Dominum eſſe Ducem Brabantię: qui & multos ſupremi dominii ſui actus in eo exercet. inter alios quidem, ut ſolus curet ſignandas pecunias: ſolus, primo ſuo in urbem ingreſſu (quod in aliis quoque ditionis ſuæ opidis ſolet) exulibus Trajectenſibus faciat gratiam, & exilii pœna abſolvat: iis inquam, qui caudam Principalis equi, vel ſi major eorum numerus,

merus,

nerus. funem è cauda ſuſpenſum, manu contingunt, & una cum Principe Opidum ſubeunt. Verum quidem, de ſuperioritate & juriſdictione urbis Trajecti varias inter Ducem Brabantiæ & Epiſcopum Leodicenſem, eaſque non veteres modo, ſed recentes quoque & nuperas ventilari controverſias, nullo unquam tempore ſatis planè deciſas. quare, quidquid hactenus ſcripſerim, nolim tamen alterutri partium ullo modo præjudicatum, ſed refero me ad juſtitiam cauſſæ. Trajectenſes fuere Matthæus Herbenus, Gerardus Marbæſius, & Matthias Minneconius, viri docti, & ſcriptis clari.

Trajecto circiter ſemileuca diſtat ingens quidam & amœniſſimus mons, Moſæ pæne contiguus. in vertice arcem habet fabre admodum factam, unde pulchro ſane adſpectu agros undique circumjectos latiſſime deregas. umbilicum occupat religioſum Ordinis Divi Franciſci cœnobium, in quo rite & ordine celebratur cultus Divinus. Mirum verò, quod cum ſummum montis ipſius ſolum & fructuum omne genus & frugum mirè ſit ferax, viſcera tamen ſcateant lapide quodam molli, arenoſo, & parvo negotio ſectili. cujus ingens aſſiduè hic effoditur copia, idque tam accurata conſervandi & montis & fodientium cura, tamque altis, longis, flexuoſis, & periculoſis quoque meatibus, tanta denique (vide quid non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

uſus efficiat !) fodiendi, educendi, & vel ad navim uſque vehendi facilitate, quantam, niſi oculis uſurpaveris, ne mente quidem concipias, tantum abeſt ut credas. diſtribuitur porro hic lapis, adminiculo fluminis, in Provincias circumjectas, magno Trajectenſium quæſtu.

BVLLONIVM
vulgo *Bullion*.

BVLLONIVM, arcem validè ſatis munitam, Ivoſio quatuor, Leodico ſedecim leucis abjunctam, editoque monti impoſitam: ad cujus radices hodie quidem ampliſſimus pagus eſt, ex opido olim haud contemnendo natus. Ipſa arx cincta eſt muro egregiè firmo, & vel magni intus ad tutelam præſidii capax: ita ut ſitu pariter atque operibus judicaretur olim inexpugnabilie. ſed cum ventum nuper fuiſſet ad rem, non reſpondit profecto eventus famæ (quæ in aliis etiam arcibus ſæpe mendax) nam à variis hoſtibus, intra breviſſimum temporis ſpatium, non unius auſpiciis oppugnata, quater adeo oppugnantibus ceſſit, ac poſtremo quidem ſub annum 1552, cum pænuria intus preſſam. neque foris auxilii compotem, deditione ceperunt Galli. Retinet hodieque Builonium dignitatem Ducatus, à

veteri

veteri opido ſuo acceptam, & in adſitos aliquot pagos imperium poſſidet. Ab hac ipſa ditione, veluti avito patrimonio, cognomentum acceperat celeberrimus ille Princeps Godefridus Bullonius, qui cum Euſtathio Balduinoque fratribus primus ſe obtulit ad bellum & expeditionem ſacram, concilio Claromontano anni 1096. Admiſſus, quo eſſet ad tantum iter inſtructior, Ducatum hunc pretio vendidit Leodicenſium Præſuli Audeberto, majori profecto venditoris, quàm emtoris ipſius gloria. In bello autem & ipſe & fratres plurima edidere, ac præclara quidem virtutis ſuæ ſpecimina. ſic ut Hieroſolyma anno 1099 capta, ipſe omnium primus muros victor conſcenderit, inſequente mox fratre Euſtathio. propter quæ tam eximia utriuſque merita, exercitus Godefridum acclamat Regem, & corona ſceptroque inſigniendum cenſet. ſed renitentem, nec ab animo unquam impetraturum ſe adfirmantem, ut auro coronari in ea urbe ſuſtineat, (ô hominem & verba aurea!) in qua Dominus & Servator noſter redimitus fuiſſet corona è ſpinis contexta. regnum ergo, ſed ſine titulo Regis, adiit: & ſic intra annum extincto ſuffectus eſt Balduinus frater. qui, quod coronatus fuerit, numeratur omnium Regum Hieroſolymitanorum primus. Videtur quidem ad præſens hic Ducatus in ditione Eccleſiæ Leodi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Leodicenſis : at obtendit hic rationes quaſdam & jura Dominus Sedanenſis, tanquam hæres clariſſimæ domus Marchiæ; ſic ut Ducem Bullonii ſe inſcribat. Ipſa ſditio tamen, vi pacis anno 1559, inter Chriſtianiſſimum & Catholicum Reges initæ, reſtituta eſt Leodicenſium Præſuli : verum id citra jurium Domini junioris Sedanenſis, patri anno 1556 ſurrogati, præjudicium.

FRANCIMONTIVM.

FRANCIMONS, alias muris clauſum, nec incelebre fuit opidum: hodie vero murorum expers, pagi dumtaxat, etſi ampli ſatis ac vaſti, vocabulum ſuſtinet. arcem tamen ſic ſatis munitam habet, & à magno illo Erardo Cardinale nuper inſtauratam. Diſſidet à metropoli ſua quatuor leucis, & Marchionatus titulum ſibi vindicat, juriſdictionem in pagos aliquot circumjectos obtinens. Iuxta opidum pagus eſt, cui nomen Thou, variis optimi plumbi venis affluens. Montes pago vicini lautumiis abundant nigri illius ac pulcherrimi marmoris, Namurcenſi ſupra nobis deſcripto congeneris.

LOSSA,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

LOSSA,
vulgo *Lootz.*

LOOTSIA, vulgo *Lootz*, Trudonopoli ſeſquileuca, Leodico quatuor ipſis leucis abjungitur, opidulum tolerabile, & inſigni in pagos agroſque juriſdictione conſpicuum, adeo ut & Comitatus titulo celebretur. quam dignitatem comperior eſſe huic Statui antiquiſſimam, atque inde à Carolo Magno, etſi à veteri quodam ſuo Dynaſta audierit aliquando Comitatus Dioſtienſis. Habuit eo titulo perilluſtres aliquot & famoſos Principes: ceſſitque tandem, Imperatoris illius donatione, Rogerio Dano, uni è Paribus Franciæ, quos Itali *Palatinos* dicimus, Pulcio, Bojardoque & Arioſto in pœmatibus ſuis admodum celebratos. Poſtea vero reſumſit genuinum ſuum ac præſens nomen, & in Præſulum Leodicenſium poteſtatem devenit.

BORCWORMIVM
vulgo *Waernia.*

BORCWORMIA adſidet rivo Ieckeræ, qui non longè à loco natus, eam interluit, inde vero per Tungros Trajectum defluens, in Moſam inibi ſe exonerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſe exonerat. Diſtat autem Borcwormia ab metropoli ſua quatuor leucis, eſtque tectis ac civibus ſatis frequens, & Comitatus Aasbaniæ caput.

Deſcribemus hinc curſu eodem quo cepimus, quàm breviſſimè fieri poterit, cætera hujus diœceſis opida: nec obſervabimus tamen uſquequaque methodum illam quam ſecuti ſumus in aliarum Provinciarum deſcriptione. quia ſcilicet opida nimis hic diſgregata. quare præcipua primum & digniora quæque percurremus, mox ad ea minorum gentium, atque inde porro ad alia quædam loca memoratu digna tranſituri.

TVNGRI
vulgo *Tongren.*

OPIDVM Tungri poſitum eſt ad jamdictum Ieckeram, & Leodico Trajectoque pari trium leucarum intervallo abjunctum. Nomen habet, (ut ſcribit Munſterus: nam alii longè vetuſtiorem ei originem tribuunt) à Tungris, Germaniæ populis, qui Rheno inter primos trajecto, ac bona inibi terræ parte occupata, opidum hoc ſtruxerunt. Atque ab hiſce populis, ſunt qui tradant, diu ante Iulii Cæſaris in has oras adventum, natum inclytum illud nomen *Germanus.* Teutonibus *totum, ſeu prorſus & omni-*

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

us (ut ſic dicam) *numeris virum* deno-
ans. Alemanni etenim cæteri, viſa in-
igni iſtorum hominum fortitudine, no-
bilitandos eos duxerunt hoc nomine; quod
deinde, tanquam vicini, etiam ipſi par-
ticiparunt, ac Germani communiter di-
cti ſunt. Erant autem id temporis Tun-
gri civitas maxima, & complurium in
Brabantia ac finitimis locis, vel condi-
tarum ab hiſdem populis, vel ſubacta-
rum, caput. Ab hac gente originem du-
cunt Principes illi Pipini, unde natus
poſteà inclytus ille Carolus Magnus. Le-
gitur iſta civitas, omnium univerſæ Gal-
liæ ac Germaniæ prima, Chriſtianam fi-
dem amplexa, idque opera maximè &
concionibus Divi Materni, anno jam tum
101. Is Beatus Maternus, Ticini in Lan-
gobardia natus, primum egit hujus Eccle-
ſiæ Præſulem, mortuus, uti tradit Ioannes
Placentius, anno 138. Ultimus, qui &
nonus, Tungrorum Epiſcopus, Valenti-
nus fuit, mortuus anno 308. Ex quo tem-
pore Divus Servatius ſedem Epiſcopalem
Trajectum ad Moſam tranſtulit. unde,
ut mox dicemus, anno 713, ab Divo Hu-
berto Leodicum porrò tranſlata eſt. De-
ſolavit hanc nobilem urbem, cæſis ad in-
ternecionem civibus, dirutiſque inter alia
plus centum primariis templis, unde &
amplitudinem ſimul & magnificentiam
urbis facilè colligas, crudeliſſimus ille
Hunnorum Rex Attila. Deſtruxerunt ite-
rum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

rum, Imperatore & Galliæ Rege Carolo Calvo, Normanni. Ita ut ex maxima potentiſſimaque civitate, quæ & varios olim habuit Reges, Menapium, Godefridum, Carolum, Inachum, Ambiorigem, & nobiliſſimorum ferociſſimorumque populorum domina fuit, in modicum infirmumque opidulum (ea eſt felicitatis & rerum humanarum inconſtantia) tandem migraverit, ac presbyteris hodie pareat. nec de veteri illo ſplendore aliud hodie reliquum habeat, quàm veſtigia quædam & rudera intus foriſque viſenda. Inter alia vero admirandam illam viam, quæ à Tungris recto itinere, per octoginta circiter leucas, id eſt Italica milliaria pæne ducenta, Luteriam uſque porrigitur. quam viam ingentes quædam toto paſſim itinere viatoribus occurrentes reliquiæ, totam olim lapidibus ſtratam fuiſſe palam oſtendunt. amplius, extant paſſim veſtigia continuati olim & cohærentis muri, qui & viam utrimque muniverit, & quo marginata ipſa, pulvilli, ſeu aggeris ſpeciem obtinuerit. quod tam arduum opus poſteritas admirata, tridui atque trinoctii ſpatio à malis geniis excitatum confinxit. Gallicè audit *la Chauſſée*, quod noſtratibus ſonat *Strada laſtricata:* ac Romanum omnino videtur & priſcum opus, quod moliti ſint ipſi, ut populos illos haberent occupatos, ne videlicet nihil agendo male tandem agere diſcerent. Viſitur etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Tungris extremæ antiquitatis templum, perexiguum illud, & Herculi olim, ut ex Dei ejus effigie portæ impoſita liquet, à gentilibus dedicatum. Item templum pulcherrimum, nec novitii operis, Divæ Virgini ſacrum. in quo plurimæ oſtenduntur venerabiles Virginis-matris, ac diſcipulorum Servatoris noſtri reliquiæ, auro & gemmis incluſæ. Celebratur hoc opido jam ab aliquot annis retro ſingulis ſeptimanis perinſignis quidam equorum mercatus, quod jumenti genus è Germania Belgicaque abunde huc ſolent conducere. Hubertus Thomas, cujus ego, ut hominis eruditi, honorificam alibi facio mentionem, Tungrorum muros vetuſtiſſimis illis temporibus Oceani fluctibus verberatos fuiſſe contendit, idque conjecturis quibuſdam & argumentis, nulla omnino veritate, imo ne ſpecie quidem veri nixis. ſic ut prodat (quod bona hominis gratia dixerim) parum ſe attendiſſe ipſius opidi ſitum, & quàm illud à mari abjunctum, imo quàm non potuerit unquam iſtud, citra reliqui tractus totius inundationem, eo pertingere. Nam à ſeptentrione quidem, ſi attendatur, Geldria, ditio Tranſiſulana, Friſia, tot fluminibus aliiſque obſtaculis præpeditæ, tranſitum ei omnino præbere nequeunt: à meridie, Gallia ſimul & Germania, terræ ex ea quidem parte ab Oceano remotiſſimæ, idem negant, ab occaſu, ſemiſſis Brabantiæ, to-

ta Hannonia, item Flandria, multis flumi-
nibus montibuſque ſe opponunt. Reſta
igitur videamus, an ad Caurum fortaſſe
quà Oceanus Tungris eſt proximus, lo-
cum habeat iſthæc aſſertio. ſed ab hac
etiam parte, qui exactius calculabitur, cen-
tum & amplius milliarium ſpatium inter
mare Tungroſque intercedere deprehen-
der. quare priuſquam iſtos illud queat
alluere, neceſſum ſit totam Brabantiam, to-
tamque adeo Flandriam, & Zelandicas
omnes Inſulas inundari. rem, vel primo
ſtatim intuitu, geographorum tabulas
conſulenti, vanitatis atque mendacii con-
vincendam: ideoque indignam ſanè
quam viri docti, & præſertim ex ipſo loco
oriundi, memoriæ prodant. imo eo indi-
gniorem, quo plures ipſi auctoritate ſua
incogitantes & parum cautos ſcriptores
in fraudem inducunt, maximo & lecto-
rum, & ſcriptorum etiam, fide propterea
ſæpius excidentium, detrimento. In hoc
opido ſunt qui extare velint nobiliſſimum
illum fontem, quem libro hiſtoriæ natura-
lis trigeſimo primo his verbis deſcribit
Plinius, *Tungri, Civitas Galliæ, fontem ha-
bet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferru-
ginei ſaporis: quod ipſum non niſi in fine po-
tus intelligitur. purgat hic corpora. tertianas
febres diſcutit, calculorumque vitia. eadem
aqua, igne admoto, turbida fit, ad poſtre-
mum rubeſcit.* Monſtrant autem hi homi-
nes iſto loco fontem quendam antiquum,
cujus

cujus aqua ſubturbida, eumdemque cum Plinii illo eſſe, ac vires ei deſcriptas obtinere, pertinaciter adſerunt. Verum eos, prævia diligenti inquiſitione, conſultiſque eximiis aliquot non indigenis tantum, ſed & exteris medicis; neque fontem Huberto Thomæ nominatum hoc loco extare, neque vires illas & facultates habere, uſquam invenimus. Contra ſolidis argumentis colligimus, fontem Plinio celebratum, Tungris octo circiter leucis, Leodico quinque, Limburgo duabus & ſemi, Spada denique, pago vel hinc ſatis nobili, medio tantum milliari abeſſe, manantem in pulchro nemore, ſilvæ Arduennenſis ramo. ubi porro, & quidem hac ipſa Leodicenſi ditione, ac territorio Marchionatus Francimontani, etiam alii aliquot limpidiſſimarum, & ad varios morbos expugnandos utiliſſimarum aquarum fontes, quorum æſtimatiſſimus tamen, atque certiſſimus, addo & uſitatiſſimus, is quem Savenerium vocant, manantem in alto monte. cujus aquæ, ſi quis ex Medicorum præſcripto ac legibus præparatus acceſſerit, nam alioqui nihil prosunt) medentur præcipuè febribus tertianis, aquæ intercuti, calculo, phtiſi & obstructionibus. quia vero & ſtomachum purgant, & epar egregiè refrigerant, fit ut Iſchiadi etiam aliiſque arthritidis è dolore exortis generibus, plurimum adferant juvamenti, ſapor earum ferrugineus,

quod ipſum non niſi in fine potius intelligitur. eædem igne admoto fiunt turbidæ; ad poſtremum vero jam defecatæ rubeſcunt. quæ omnia, niſi me animus fallit, inde procedunt, quod cum tractus iſte ſcateat venis ferri, aqua eas perlabens etiam qualitatis earum particeps fiat. atque hinc acidus ille in aquis ſapor. qui tamen in tantum abeſt ut noceat, ut ſive jejunus eas ſive poſt ſumtum cibum potaveris, non eos tantum quos dixi effectus gignant, ſed & digeſtioni multum conducant, & ſtomachum tibi inſigniter acuant. unde & ingens quotannis ſub Iulium menſem, puta maximè tempeſtivum, & propinquarum ſimul & remotarum gentium ad hos fontes concurſus. quanto vero intenſior Solis æſtus, tanto ſalubrior judicatur aquæ iſtius potatio. aquæ, quam Plinianæ illi & loco & facultate conformem, imo prorſus eandem eſſe, nemo eſt qui non videat, licet ille non omnes ejus proprietates attingat. Nam quod quidam objiciunt de civitate Tungrorum; ſcilicet eam vocem non pro ſola urbe, ſed univerſo illarum gentium tractu, capiendam. Quidam ſcriptor, dum ut mihi quidem videtur, ſententiam noſtram conatur refellere, negat inter cætera Plinium unquam in his oris fuiſſe, ac niti in iſtis adſerit aliena fide. Sed quod pace ipſius dixerim, ipſemet fallitur. luſtravit enim hæc loca magnus ille naturæ Myſtes, & in ipſam uſ-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

que Friſiam penetravit, ut è ſcriptis ejus abunde conſtat. Idem ille quem dixi ſcriptor Huberto etiam Thomæ adſtipulatur, & Tungros ait fuiſſe urbem maritimam quod fieri tamen non poſſe ex argumentis paullo ante adductis vel cæco apparet. De civitate & gente Tungrorum honorificam ſæpè mentionem faciunt, præter recentiores, Cornelius Tacitus, Strabo, Iulius Capitolinus. & ſuperſunt in hunc uſque diem tota paſſim hac Belgica plurima nominis atque magnitudinis nobiliſſimæ hujus nationis monumenta: qualia Tongrenhemium, juxta Coloniam Agryppinam. Tongerloa apud Brabantos, & Tongrinum in Comitatu Namurenſi.

HVYVM
vulgo *Huy*.

HVYVM antiquis temporibus opidum erat famoſum, amplum & potens, dicebaturque ex quorumdam ſententia *Benefactum*. ſed crebro deinde à barbaris nationibus dirutum, & dignitatem ſimul, & nomen amiſit. Hodie, Huyum dicitur, à cognomine rivulo, qui natus ad Havelangam pagum, magno & turbido impetu, maximè vero cum imbribus adaugetur, ad Caurum properat, ac Moſæ hoc ipſo loco commiſcetur. qui Moſa opidum Huyum interluit, ac in duas

ferè æquales partes ſcindit, ſed conjunctum pulcherrimo & mirando ponte. Diſſidet Huyum Leodico quinto milliari, ac mediocris ſane locus eſt, bona & valida arce communitus, quæ urbem ex edito monte deſpicit, opus dicti illius Epiſcopi Cardinalis. Ager opido circumjectus dives eſt optimi ferri venis, ideoque complures hic officinæ ferrariæ. pecoris item ſat magna vis.

HASSELETVM
vulgo *Haſſelt*.

HASSELETVM adſiſtet flumini Demeræ ſupra fusè deſcripto, & Traecto ad Moſam quatuor, Leodico vero ex Leucarum intervallo abjungitur, opidum minimè contemnendum, ædificiis ſimul & civibus frequens. Civem dedit Franciſcum Titelmannum, Ordinis D. Franciſci virum longè doctiſſimum, & complurium operum editorem. In finibus Haſſeleti & ad Demeram flumen, Curinga eſt, amplus atque amœnus admodum pagus, ſpectabilis luculento illo palatio, quod ædificari hic juſſit, & pulcherrimis hortis inſtruxit idem ille quem dixi Cardinalis. Hoc loco, ceu amœniſſimo quodam ſeceſſu, utuntur creberrimè Reverendiſſimi iſti Præſules, & cum aula in eo ſubſiſtunt.

DINAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DINANTVM vulgo *Dinant*.

DINANTVM, ut volunt, dictum eſt, leviter immutata voce, à Diana, quæ & templum hic habuit, & ſacerdotes. qui ad aram ejus, haud ſecus quam in celeberrima illa apud Epheſum æde, ſacrificaverint. Adſidet dextræ Moſæ fluminis ripæ, & Boviniaco, quod ad alteram ripam eſt, leucæ tantum quadrante, Leodico, plus duodecim leucis abjungitur. Fuit vero & iſtud opidum magni nominis, ac mercimoniis olim floruit. ſed cum bella, tum alii rerum humanarum caſus ſæpius deſtruxerunt. Inter alios vero dirui juſſit Carolus Dux Burgundiæ. & cum iterum ſurrexiſſet, ac mediocri eſſet loco, cinxit magno exercitu Galliæ Rex Henricus ſecundus. qui Mariæburgo victor rediens, mox in deditionem accepit, ſed Germani militis inſolentia factum, ut injuſtiſſimè diriperetur. arx, utcumque machinis concuſſa, primos tamen incurſus animoſe ſuſtinuit: ſed cùm iterum iterumque horribili tormentorum ſtrepitu tunderetur, obſeſſi, auctoribus Germanis, dediderunt ſe Gallo. qui & arcem mox demolitus eſt, alto monti impoſitam. Atqui & opidum hodie inſtauratur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

& reſurgit paullatim ipſa arx. quia ſcilicet ager opido circumjectus, probus, & compluribus nigri marmoris, ferri, æris, ac aliorum etiam lapidum operariorum venis, longè uberrimus. unde & divites multi cives, quique paſſim in ipſa uſque Britannia negotientur. Dinanti natus fuit Henricus Deverius, Iuriſconſultus doctus, & ſcriptis clarus.

MASACVM
vulgo *Maſeijck.*

MASACVM, Stochemio quidem duabus, Leodico vero ſeptem leucis abjungitur, opidulum non incelebre, ad lævam Moſæ ripam. Primo hinc milliari Thora eſt, amœniſſimus locus, & magna eminentique pervetuſti & inſtituti & conditus Abbatia memorandus. nec admittuntur enim in nobiliſſimum iſtud Canonicarum collegium niſi Comitiſſæ, ut vocant, & Baroniſſæ, vel ut minimum Equitum nobili ſtirpe prognatorum filiæ. ſicut alibi ſcripſimus de Canonicis illis Montenſibus. Licet vero & iſtis, ubi viſum eſt, nubere. ſed non gaudet hac facultate Antiſtita. quæ ſupremã in agros & pagos aliquot circumjectos, non in eccleſiaſticis tantum, ſed & civilibus cauſſis, juriſdictionem exercet, lautiſſimo cenſu inſtructa. agit in clientela Sacri Roma-

Romani Imperii, ea & auctoritate & præeminentia, ut gaudeat monetæ ex auro argentoque ſignandæ facultate. ita quidem ut ſplendide prorſus & magnifice vivat, Sacellanos atque Canonicos, item alios minorum gentium adminiſtros, ad cultum Divinum alat. Condidit nobilem Abbatiam Anfridus Comes Hugienſis, anno circiter 972.

STOCHEMIVM vulgo *Stockem.*

STOCHEMIVM, bonum ſic ſatis opidulum, ad eamdem eſt Moſæ ripam, Trajecto dumtaxat tribus, Leodico ſeptem leucis abjunctum, & ab eo quem diximus Cardinali reparatum.

BILSA.

BILSA, modicum item eſt opidum, altero à Trajecto, quarto à Leodico milliari. Iuxta Bilſam ad teli jactum, & altera ferè à Trajecto leuca perinſignis ad Demeram flumen pagus eſt, Sedi Leodicenſi ſubditus, & ampliſſima Abbatia, Munſter Būſen vulgo appellant, conſpicuus. Eam itidem colunt Canonicæ nobili ſtirpe prognatæ, quæ & ipſæ, cum viſum eſt nubunt, quarumque Antiſtita &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ampliſſima juriſdictione, & luculentiſſimis annuis cenſibus gaudet. Ipſe locus & amplus eſt, & magnificus, templo ac monaſterio ad miraculum pulchro, aliiſque horſum ſpectantibus ædificiis exornatus. Oſtendunt hic integrum cornu monocerotis, ſex & amplius pedes longum. quod allatum adfirmant à filia quâdam neſcio cujus Ducis Britanniæ. quæ religioſam vitam profeſſa, ſanctiſſime apud iſtas vixerit, ita ut ipſum Cœnobium, in memoriam ejus nominis, dedicatum ſit Sancto Amori.

Dum alteri operis hujus editioni imponerem ſummam manum, deſignabant hoc loco, & jam delineabant novum quemdam, etſi à multis annis excogitatum aquæ ductum, per quem Demera fluvius, duorum vel circiter milliarium ſpatio, juxta urbem Trajectum, ubi ſolum depreſſius, & recipiendis aquis accommodatius, duceretur in Moſam flumen. nobilem ſane ac laudandam inventionem! nam per hunc ipſum canalem conduci poterunt naves ex Moſa in Demeram, atque hinc porro in Diliam, Rupelam, Scaldim, adeoque in ipſum mare, idque per opida multa & pagos, aliaque primaria tractus loca, in geographicis tabulis annotata. magno hercules horum & vicinorum hominum bono, qui non ultra cogentur tot & tantas è Gallia ac Leodicenſi Provincia merces, tam longinquo itinere, tamque

immen-

immenſo ſumtu, & temporis impendio, ne quid jam de periculis, deque tædio per viam devorando attingam, per Hollandiam Geldriamque conducere.

TRVDONOPOLIS vulgo *Sint Truyen*.

TRVDONOPOLIS, vulgo Sint Truyen/ ſedes olim, ut volunt, Centronum, populorum veteris Galliæ, quorum largiter meminit Iulius Cæſar, Tungris tertio tantum, Leodico vero ſexto milliari abjungitur, opidum bonum ac pulchrum, cujus incolæ lingua utuntur Brabantina, quæ & quatuor ultra verſus Leodicum leucis in frequenti eſt uſu. quare, etſi pareant Sedi Leodicenſi, Brabanti tamen haberi atque agnoſci volunt. Eſt hic nobile illud Cœnobium D. Trudonis, opido à ſe faciens nomen, adeo potens & locuples, ut ipſum opidum Abbas è ſemiſſe poſſideat, cumque legendi ſunt Magiſtratus, parem cum ipſo Epiſcopo numerum eligat. Dedit locus clariſſimum illum Rodolphum, Antiſtitem Trudonenſem, virum à litteris notum. Iuxta eſt celeberrimum illud Bernſemium, Cœnobium Illuſtriſſimi Ordinis Equitum Teutonicorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

TVINVM
vulgo *Thuijn.*

TVINVM, non incelebre in Hannonia opidum, Montibus tantum quinque, Leodico vero novemdecim leucis diſtat. Non procul Tuino & Covino, inter Sabim & Moſam flumina, ditione Leodicenſi, duo extant & pulchra ſimul & opulenta cœnobia. quorum alteri nomen eſt *Aſne*, alteri *Lobbe*, ſeu Lobienſi, quod ſic dictum volunt à propugnaculo quodam Iulii Cæſaris, & *Caſtris* ut addunt *Labienis*, à Labieno videlicet, Imperatoris ejus Legato, militum Duce fortiſſimo.

VISETVM
vulgo *Weſet.*

VISETVM diſtat Leodico altero milliari: Varemium, quarto: Beringa denique, ſexto: loca ſatis celebria, & peropportunè ſita. Herca, Bréa, Pera, Hamontum, Leodico pari ſeptem leucarum intervallo abjunguntur, loca haud magni nominis, & in quibus vix quidquam notabile.

SINEIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

SINEIA.

SINEIA, opidum perantiquum, etſi valdè exiguum, Leodico diſſidet octo leucis: Foſſéa, decem: Covinum, octodecim. ſuntque opidula mediocria, nec omnino contemnenda. Et hactenus quidem de opidis muro clauſis: ſequitur ut luſtremus & alia quædam loca, memoratu haud prorſus indigna. & prima quidem occurrit.

FLORENNA.

FLORENNA, Bellomonti o Namurcoque pari quinque leucarum ſpatio diſſita, bonum olim opidulum, ſed per ultima iſthæc bella miſere mutilatum deſtructumque à Gallis. qua facie & in hunc uſque diem conſpicitur.

CEREIA.

CEREIA, pulcherrimum propugnaculum, ubi habitaſſe volunt Cæræſos, populos Cæſari celebratos, Leodico trium leucarum intervallo abjungitur. Dirutus fuit etiam iſte locus, ac diu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ac diu ita manſit, ſed inſtauravit tandem magnanimus ille Cardinalis Erardus.

EBVRA.

SVPEREST porro hodieque primo ab urbe milliari pagus Ebura, quo loco adſerunt olim fuiſſe maximam & primariam civitatem antiquiſſimorum Eburonum, qui & nomen ab ea acceperint. Iuxta pagum complures inveniuntur venæ præſtantiſſimi ſulphuris.

HERSTELLA ET IVPILIA.

PARI fere intercapedine diſtat ab urbe Herſtalla, locus unde inditum nomen Pipino ſecundo. Item Iupilia, locus itidem memorabilis. quare & utriuſque haud raro meminerunt Scriptores. In confiniis autem iſtorum locorum, & ſecundum utramque Moſæ ripam, complura olim extabant palatia, & ampliſſima ſplendidiſſimaque prætoria Principum Pipinorum, juſtis fere ſuburbiis paria; ad quæ ſæpius ipſi divertebantur, animumque honeſta & utili voluptate recreabant: nam, ſi verum amamus, nulla uſquam ne fingi quidem aut cogitari poteſt Provincia, quæ, ſeu aëra forte adſpicias & mirandam

randam cœli temperiem, ſive flumina, ſilvas, montes, valles, vineas, fruticeta, & quidquid præterea tale eſt, adque venationis, piſcationis, & aucupii uſum requiritur, contempleris, vel amœnior ſit quàm hæc noſtra, vel felicior. quare & Carolum Magnum plurimum eam frequentaſſe, & Paſchalia feſta crebro inibi tranſegiſſe, memoriæ proditur. Eſt præterea primo ab urbe milliari pulcherrimus quidam & amœniſſimus mons, ſed abruptus idem, & propemodum inacceſſus, ut qui unicum habeat tantum ab ortu adſcenſum, ideoque vulgariter audiat *Chevre-mont*, quaſi dixeris *Mons Caprarum*. Is finitima quæque longe lateque detegit, & flumen in Arduenna natum ac radices ejus præterfluens, è ſublimi deſpicit. In vertice antiquiſſimis illis temporibus ædificata erat prænobilis quædam & ampla arx, cujus etiam hodie memorabiles oſtenduntur reliquiæ. Eam arcem occupaſſe denique legitur crudelis quidam & inhumanus tyrannio: qui fretus aſperitate ipſius loci, finitimum omnem tractum miſerrime devaſtabat, ſic ut ipſa etiam civitas & ſuburbia ejus extrema quæque paterentur. & perennabat ſane peſtis, niſi novo ei & inaudito ſtratagemate in hunc modum iviſſent obviam. Invitaverat forte immitis prædo Leodicenſium Præſulem, qui Monulphus tunc, ordine duodecimus, teſtem eum adhibiturus infantis
ſui

ſui baptiſmo. Epiſcopus datam occaſionem & alios à tyrannide liberandi lubens arripuit, & ſelecta militum manu, ſed quos habitus ſacerdotes argueret, comitatus, arcem & Dominum ejus adiit, ſubſequentibus porro & aliis viris militaribus. mox ſine ullo temporis diſpendio in prædones irruunt, eoſque ad unum omnes cædunt, ſic ut ne nuntius quidem cladis ſupereſſet: hinc eodem adhuc furore perciti, deteſtabilem illum locum una opera funditus demoliti ſunt. atque ex illo tempore, id eſt anno (ut volunt) octogeſimo ſupra quingenteſimum, ne quid iterum ſimile patiantur, jurare cogunt Epiſcopos ſuos cives Leodicenſes, numquam ſe permiſſuros ut reparetur illa rupes.

INSTITVTIO Leodienſis Epiſcopatus.

INSTITVIT olim ampliſſimum iſtum Leodicenſem Epiſcopatum Hubertus Aquitanus, Bertrandi, terræ illius Dynaſtæ, filius. etſi alii faciant multo antiquiorem. Is Hubertus, religione impulſus, Aquitaniam ſuam deſeruit, & Brabantiam adiit, ubi arctiſſimam amicitiam coluit cum Lamberto Epiſcopo Trajectenſi ad Moſam. Cumque poſteà deſiderium ſubjiſſet videndi ſummum Ponti-

ſicem

Pontificem, & ſacra illa loca perluſtrandi, homo Romam profectus eſt. quo cùm nuntius adferretur, crudeliter interfectum eſſe à Trajectenſibus Divum Lambertum, Sergius Pontifex Hubertum noſtrum creavit Epiſcopum Trajectenſem. Hubertus, Trajectum redux, benignè à civibus illis ſuſceptus eſt. ſed cum abhorreret eos atque deteſtaretur ob nefariam Divi Lamberti cædem, cogitare mox cepit de transferendo aliovorſum Epiſcopatu, ac Leodicum abiens, urbem illam vel condidit primus, vel inſtauravit, Legiamque (ut diximus) nuncupari voluit. exornavit deinde pulcherrimis ædificiis ad Divinum pariter & humanum cultum. moxque legibus prius latis, & approbante Summo Pontifice, Epiſcopalem cathedram Trajecto Leodicum tranſtulit, anno Chriſti 713. tranſportato eodem & corpore Divi Lamberti, cujus nomini ac honori dedicavit poſtea peregregium illud Cœnobium, cum auguſto illo Canonicorum Collegio paullo antè commemorato. ubi mortuus tandem poſt ſanctiſſime actam vitam, adſcribi meruit etiam ipſe Divorum conſortio. A clariſſimo autem illo Divo uſque ad hunc Erneſtum numerantur in ea ſede Epiſcopi octo & quinquaginta. in quibus non pauci inveniuntur viri pii & ſancti. ſed nec hodie bonitas gravitaſque Epiſcopalis defecit. Nam & inter recentiores mirificè nuper claruit Erardus à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Marca, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Roberti fortiſſimi viri frater. qui in eo fuit apud Principes Chriſtianos pretio, eaque & auctoritate & gratia polluit, ut pacatam habuerit regionem per triginta ipſos annos, & quietem ita fundarit, ut & hactenus ea perſeveret. Idem non urbem modo, ſed & totam quàm latè patet ditionem, variè paſſim reparavit, opidis aliquot arcibuſque (ut ſuprà oſtenſum eſt) à fundamento inſtauratis. atque ut dicam paucis, ita liberaliter & profusè reipublicæ ſe impendit, ut merito omnes eum ſuſpexerint, glorioſoque Patris patriæ nomine decoraverint. Obiit magnus ille Antiſtes, ut conſtat è regio ejus tumulo in choro (ut vocant) ædis D. Lamberti viſendo, anno à Chriſto nato 1538. Viſitur inibi ſtatua ejus ænea, ad vivum (ut volunt) efformata & genibus nixa cui adſtat imago mortis, ſic ut fieri ſolet expreſſa, cum breviſſimo iſto, ſed ſcito admodum epitaphio, *Erardus à Marca mortem habens præ oculis, vivus poſuit.* Cardinali ſucceſſit Cornelius de Berges, Dominus Sevenbergæ. qui quod animo eſſet profeſſioni Eccleſiaſticæ parum addicto, dignitatem Epiſcopalem ceſſit Georgio Auſtrio, filio naturali Imperatoris Maximiliani, Archiepiſcopo Valentino, digno ſane ac reverendo Antiſtiti. cui mortuo ſurrogarunt coadjutorem ejus Robertum, fratrem Illuſtriſſimi Marchionis Bergozomii.

mii, juvenem doctum pariter & religioſum. Is, quod valetudine eſſet parum firma, & atra bili infeſtaretur, abdicavit ſe nuper hac dignitate, dum molior primam operis hujus editionem. quare ob raras ſuas virtutes, & flagrantiſſimam populi ſimul & auguſti Collegii gratiam, ſuffectus ei Gerardus Groesbequius, Collegii Divi Lamberti Decanus, nobiliſſimus certè ac venerandus Præſul, & in tanta exiſtimatione & fama, ut allectus poſteà fuerit in Collegium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium. Huic denique viam univerſæ carnis ingreſſo ſurrogatus eſt liberis omnium votis, & ſollennibus ceremoniis, utriuſque Bavariæ Ducis frater, hujuſmodi ferè inſcribens titulos: *Reverendiſſimus & Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Erneſtus, Sanctæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Eccleſiæ Leodienſis Epiſcopus, Monaſterienſis, Hildeſemenſis & Friſingenſis Adminiſtrator, Princeps in Stabel, Comes Palatinus Rheni, Superioris & Inferioris Bavariæ, VVeſtphaliæ, Angariæ, & Bullonii* Dux, *Marchio Francimontanus, &c.* Princeps equidem ſupremi loci & ordinis, ac rariſſima quadam virtute præditus. Eligitur porro Epiſcopus Leodicenſis à Collegio Divi Lamberti, approbatur ab univerſo populo, tãdem vero, ut cæteri omnes Catholici Præſules, à Romano Pontifice confirma-

 firma-

firmatur. nec Epiſcopus tantum eſt, ſed & Sacri Imperii Princeps, Dux Bullonii, Marchio Francimontanus, Comes Lootſenſis & Hasbanienſis. quæ loca ſubſunt, ut diximus, huic Epiſcopatui, & ab eo dependent. Annui ejus reditus ſanequàm luculentiſſimi, ut qui tricena fere millia ducatorum excedant, imo ſi populis ſuis Epiſcopus recte utatur, & captare norit eorum benevolentiam, numquam deerunt extraordinaria quædam ſubſidia, ne quid dicam de ſacerdotiis, vel ut vulgo appellant præbendis ac beneficiis, diſpoſitioni atque arbitrio ejus reſervatis. Atque hæc de Leodico. procedamus deinceps ad Aquaſgrani, ſi breviſſime tamen præmiſerimus, uti rem conſideratu non indignam, quam ingeus ſit differentia inter terram viroſque Leodicenſes, necnon agrum & homines Aquiſgranenſes, quamquàm ſexto duntaxat milliari abjunctos, imo conterminos inter ſe atque adfines. Leodicum ergo alieno imperio premitur; Aquiſgranum eſt ſui juris: ſubſunt diverſis Epiſcopis; etſi ambæ in clientela Sacri Imperii: Leodicum utitur lingua Gallica; Aquiſgranum Germanica: viri Leodicenſes, alacres, feſtivi, tractabiles; Aquiſgranenſes, melancholici, ſeveri, difficiles. In ſumma, tantum alteri & natura, & moribus, totaque adeo vitæ ratione ab alteris differunt, quantum Galli diſcrepant à Germanis. quod non parvum ſane diſcrimen eſt.

eſt. Sed non eſt quod miremur tantopere gentem genti diſcrepare, cùm idem in ſingulis pæne hominibus obſervemus. illud magis mirandum, quod videlicet tanta ſit inter cœlum & ſolum utriuſque gentis, ſub eodem climate, diſſimilitudo. conſtat enim æſtatem tempeſtivius multo incipere apud Leodicenſes, ideoque & fructus ſimul & fruges prius hic matureſcere: imo nives interdum & glaciem apud Aquiſgranenſes conſpici, cûm eorum apud Leodicenſes ne veſtigium quidem apparet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ABR. ORTELII PRÆCIPVARVM IN AGRO LEODIENSI civitatum DESCRIPTIO.

HVJVM.

HVIVM oppidulum ad utramque eſt Moſæ ripam, quas ponte lapideo, longo atque ampliſſimo, connectit. melior tamen ejus pars ad dextram eſt. ubi forum & in ejus medio fons, multa templa, & ipſum primarium D. Genitrici ſacrum, à Theoderino XXIV Leodienſium Epiſcopo, ut habent Placentii annales, conſtructum, ſed civium impenſis, magna mole, lapide coloris ſubcinericei, quem & hic exciſum ferunt, in altitudinem admirandam extructum. cui impendet in alto montis jugo arx illa nobilis & inexpugnabilis, ab Erardo à Marca Epiſcopo inſtaurata. ubi & puteum in ipſa rupe duriſſima exſcindere aggreſſus, opus tandem immenſo labore, ac diuturno, magniſque impenſis abſolvit. Nomen ſumere putatur ab *Hoia* fluviolo, qui ad VII hinc M. è rupibus prorumpens ipſum prius oppidulum in varios diviſus alveos per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

luit, ac juxta pontem, de quo jam diximus, Moſæ confunditur. Fuiſſe hoc olim magni nominis, & ſuos habuiſſe Comites aſſerunt, quibus parebat ab una parte Hasbania, ab altera Condruſi, qui hodieque antiquum ſuum nomen retinent; ac tandem ſedi (ut nunc loquuntur) Leodienſi donatione acceſſiſſe. Primum poſt ipſam

LEODIVM

Inter urbes Leodienſis ditionis locum obtinet. Inter Hujum & Leodienſum, quod iter eſt VM, ſecundo flumine, multi ſunt ad utramque ripam pagi. Et ad ſiniſtram quidem *Gemeppe* vulgo dictus, longiſſima ædificiorum non contemnendorum ſerie ripam ejus exornat. Ceterum Moſæ ipſius eadem fere facies, ac ea, quam modo utcunque adumbravimus, niſi quod rupes paullo ſint accliviores, nec tam duro lapide, vinetis ut plurimum à ſummo ad ipſum uſque fluminis alveum conſitæ, vel ſilvis horridæ, ſi quæ ad ſolem orientem aut meridianum non ſpectant. Leodium primo aſpectu oſtentat in ſiniſtra ripa (nam dextra vinetis plena eſt) magna & populoſa ſuburbia ad collium radices, in quorum jugis multa ſunt & pulcherrima Monaſteria. Inter quæ magnificum illud ac nobile D. Laurentio dicatum, ab Raginardo Epiſcopo, ut habet Sigebertus, circa ann. ſal. MXXV. ædificatum. Eſt in hac

hac quoque regione Guilelmitarum cœnobium. in quo epitaphium hoc Ioannis a Mandeville excepimus:

HIC IACET VIR NOBILIS DOMINVS IOHANNES DE MANDEVILLE AL' DOMINICVS AD BARBAM MILES DOMINVS DE CAMPDI NATVS DE ANGLIA MEDICINE PROFESSOR DEVOTISSIMVS ORATOR ET BONORVM LARGISSIMVS PAVPERIBVS EROGATOR, QVI TOTO QVASI ORBE LVSTRATO LEODII DIEM VITE SVÆ CLAVSIT EXTREMVM ANNO DOMINI M. CCC. LXXI. MENSIS NOVEMBRIS DIE XVII.

Hæc in lapide, in quo cælata viri armati imago, leonem calcantis, barba bifurcata, ad caput manus benedicens, & vernacula hæc verba:

VOS KI PASEIS SOR MI POVR LAMOVR DEIX PROIES POR MI.

Clypeus erat vacuus, in quo olim lami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

nam fuiſſe dicebant æream, & ejus in ea itidem cælata inſignia, leonem videlicet argenteum, cui ad pectus lunula rubea, in campo cæruleo, quem limbus ambiret denticulatus ex auro. ejus nobis oſtendebant & cultros, ephippiaque, & calcaria, quibus uſum fuiſſe aſſerebant in peragrando toto fere terrarum orbe, ut clarius ejus teſtatur Itinerarium, quod typis etiam excuſum paſſim habetur. Et hæc quidem ad ſuburbia. hinc colles longius recedentes amplam relinquunt planitiem, quam Moſa, receptis aliquot ex Arduenna ſilva profluentibus fluviolis, in varias inſulas partitur, ſic hujus urbis inſerviens commoditati, ut vix ullus ſit in ea vicus, qui non ſuum fluentum habeat. Si quis nunc velit ſingulatim perſequi, quantum hæc planities,una cum vicinis ab utraque parte collibus, templis auguſtis, ac cœnobiis, ædificiis præterea magnificis, publicis & privatis, pontibus marmoreis, fontium limpidiſſimorum copia, reliquiſque rebus quæ pro tantæ urbis capture requiri poſſint, ſit decorata: pluſculum impendendum ſit operæ quam Itinerario conveniat: nobis ſit ſatis aream ipſam, & rerum ſummas attigiſſe, cum ei luſtrandæ nec quantum opus fuiſſet temporis impenderimus, & ſit aliorum encomiis jampridem celeberrima. Initium ejus amplitudinis fecit Divi Lamberti religio, & pietas, cum ante illud tempus vicus tantum

eſſet,

eſſet, & præcipue florerent *Heriſtallum* & *Iupilla* ſub Pipinis, quæ hinc non procul ad utramque Moſæ ripam, loco amœno & fertili, nunc
(*tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas*)
in vicos abiiſſe videmus, & vix ruinas ſupereſſe domicilii tot clarorum Principum. Cædem Divi Lamberti refert Regino Prumienſis, ad ann. ſal. circiter DCXXI à Dodone quodam aliiſque viris ſceleratis perpetratam, in hoc eodem vico; quod vir ſanctus aulicorum culparet vitia: & fertur ita manſiſſe vicus ut erat, uſque ad Imp. Caroli Magni ætatem, quando ab Huberto Aquitanorum duce, qui unus erat ex ejus proceribus, Divi Lamberti corporis reliquiæ, una cum ſede Epiſcopali, Trajecto huc tranſlatæ fuerunt. quo etiam antea è Tungrorum urbe delatæ fuerant. *Vrbem muro cinxit*, ut eſt apud Sigebertum, *Notgerus Epiſcopus*, ac XXXVI annorum, quibus huic Eccleſiæ præfuit ſpatio, ſic etiam magnificis operibus decoravit, ut non immerito ejus quodammodo conditor diceretur. Exceſſit hic è vivis ann. ſal. MVII, ſepultus ad D. Ioannis Euangeliſtæ; quam ædem, Aquiſgranenſi perquam ſimilem, & rotundam penitus, niſi quod ad latera ſacella poſtmodum acceſſere, condidit ipſe ſuo ſumptu, & in ea Canonicorum collegium inſtituit. Quin & ipſam D. Lamberti Baſilicam ab Huberto Duce, de quo ſupra, dicatam, cum vetuſtate

dilapſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

dilapſa eſſet, à fundamentis renovavit. Moſam fluvium urbi induxit, cum antea in ejus flueret pomœrio: & alia præterea quamplurima, vel primus condidit ipſe, vel ab aliis inchoata conſummavit, & amplioribus dotavit reditibus Monaſteria, ac templa: uti in ejus Vita, quam in hac eadem æde in tabula membranea videas, fuſius declaratur. ubi & arcem quæ Montis caprini dicitur, ſui juris feciſſe, & caſtrum Huijenſe ſuæ itidem acquiſiviſſe Eccleſiæ legitur, idque conſtare ex diplomate Othonis III. Aug. apud quem auctoritate valebat plurimum, ut & apud ejus ſucceſſorem Imp. Henricum II. Bavarum. cui ad recuperandum caſtrum Valentianas, in confinio Franciæ ac Lotharingiæ, quod Balduinus Flandrenſis invaſerat, ſuppetias tuliſſe, eadem hæc habet tabula; & ejus multa commemorat illuſtria facinora. Hanc ex autographo deſcribebat Hieronymus Scholierius, hujus itineris comes:

Anno Dominicæ nativitatis milleſimo ſeptimo, quinto Idus Aprilis, obiit felicis recordationis Dominus Notgerus Epiſcopus Leodienſis: cujus corpus in loco retro altare tranſlatum & inhumatum eſt. Qualis enim, quis & quantus ipſe fuit, teſtantur pro parte geſta Pontificum Leodienſium,

ex quì-

ex quibus collecta ſunt quæ ſequuntur. Subſtitutus eſt Eraclio quadrageſimus ſextus Dominus Notgerus, à Sancto Gereone archiepiſcopo Colonienſi ſacratus, genere quidem Alemannus & Theutonicus, ac omni morum elegantia inſignitus. Ipſe igitur in Suevia natus nobilitatem generis ſcientia & moribus illuſtravit. Notgerus monaſterium beati Lamberti longe in melius quam antea fuerat immutavit. eccleſia enim quam beatus Hubertus ædificavit, ad lapſum declinaverat: hac diruta templum ſexaginta Canonicorum juxta magnificentiam dilatati cordis ſui exaltavit, ornamentis ditioribus decoravit, clauſtrum & domorum ædificia renovavit. In crucibus aureis, quas Notgerus in dicta eccleſia Sancti Lamberti etiam fecit, ſcriptum eſt hoc metrum:

Certa ſalus vitæ Notgerũ ſalvet ubique.

Qualiter enim præfatus Notgerus civitatem Leodienſem, quæ eo tunc parva erat, à mortifero Caſtri montis ca-

prini jugo potenter & ſapienter eripuit: in geſtis ejus plenius continetur. Vnde quidam loquens in perſona dicti Suevi ſic ait:

Legia dotatur per me, Caprimons ſpoliatur;
Hic ruit, hæc ſurgit; manet hæc, nec ille reſurgit.

Eccleſiam parochialem Beatæ Mariæ ad fontes templo B. Lamberti adjacentem & palatium domus Epiſcopalis ſimul cum templo, multiplicatis operariis, & magnificatis impenſis, à fundamentis uſque ad perfectionem conſurgere fecit. Eccleſiam Sancti Pauli à feneſtris ſupra conſummavit, & bonis adjectis, ubi viginti tantum erant Canonici, triginta perfecit. Rex Otho tertius bona quæ Eraclius eccleſiæ Sancti Martini contulerat tanquam præſtita eidem, eo defuncto, in fiſcum regium revocavit, quæ Notgerus ſuis meritis præclaris ſeverando Regem recuperavit. Clauſtrum ipſius eccleſiæ inſciſſo colle publici montis tri-

plici

plici vallo & muro cum turribus ſublimibus communivit. Notgerus per Robertum majoris eccleſiæ Præpoſitum procuratorem ſuum etiam abſens eccleſiam Sanctæ Crucis conſtruxit, quam clauſtro debite communivit, ac agris, decimis, & aliis bonis, quibus XV fratribus illic Deo ſervientibus victualium neceſſaria proveniant, ditavit. In qua idem Robertus, VI Idus Martii ſepultus eſt. Sed & etiam Nithardo majoris eccleſiæ custode adminiſtrante prædictus Notgerus in honore B. martyris Dionyſii condidit eccleſiam: in qua primum quidem viginti delegati ſunt Canonici; procedente vero tempore decem additis in trecenarium profecerunt numerum. Deinde præfatus Notgerus eccleſiam in honore B. Ioannis Euangeliſtæ ex ſuis ſumptibus à fundamentis uſque ad conſummationem condidit. In qua XXX Canonicos ad clericatus executionem inſtituit, & pretioſis reliquiis merito, ſcilicet cum faucibus B. Vincentii

Levitæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Levitæ, & martyris, nec non Sancto-rum Fabiani & Sebaſtiani, communi-vit. Idemque Notgerus jam dictam ec-cleſiam S. Ioannis bonis perſonis initia-vit. Nam Præpoſitum & Decanum de congregatione elegit cuſtodẽ magiſtrum ſcholarum; ac Cantorem, diſtributo u-nicuiq; officii & laborum ſuorum ſo-latio, conſtituit. Altare majus manu propria conſecravit, & oratoriũ B. Hi-larii & Remigii in dicta eccleſia con-ſtituit Notgerus eccleſiam parochialem B. Adalberti ædificavit, cui jus bapti-ſterii & extremæ unctionis totius in-ſulæ condidit, & in eccleſia Aquenſi deſtructa à Normannis XXVIII *Canonicos inſtituit. Notgerus etiam Caſtrum Hoijenſe eccleſiæ Leodien-ſi acquiſivit; prout privilegium O-thonis Imperatoris id plenius teſta-tur. Eraclius fundamenta monaſterii B. Laurentii juxta muros Leodien. je-cit, itaque ſeriatim fiebat opus, jam-que ex parte ſurrexerant à fundamen-to murorum parietes. Opus itaque*

inceptum per Eraclium eo defuncto permanſit imperfectum, donec Notgerus qui ſucceſſit epiſcopus, æquatis tandem parietibus murorum, tectum ſuperponi fecit. Moſam qui extra civitatem fluebat civitati introduxit, & circa clauſtra Sanctorum Pauli & Ioannis ad radices montis, in quo eccleſiæ ſanctorum Martini, Laurentii, Crucis & Petri ſitæ ſunt, & circa clauſtra Sanctorum Lamberti & Dionyſii, per medium civitatis in communes uſus, ut fluminis impetus lætificaret civitatem Dei, fluere juſſit. Vnde:

Ad Lamberte tua, Dionyſi, Paule, Ioannes,
Notgerus clauſtra nandi Moſæ dedit amnes;
Curſu flumineo lætare Legia claro.

Vix aliquid magni aut præclari operis eſt in civitate Leodien. quod ipſe non fecerit aut perfecerit, ut magis feciſſe civitatem quam coluiſſe videatur. Vnde in præconium laudis ſibi debitæ paucis iſta de ipſo comprehenſa ſunt hoc metro:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Legia lege ligans ..... cum ſibi leges,
Notgerum Chriſto, Notgero ceter
debes.

Foſſenſem Eccleſiam condidit, ac muri & turribus circumductis idem communivit. Tuinum caſtrum fecit & communivit in defenſionem ... epiſcopalis & protectionem Lobienſis. in qua etiam abbatem eorum inſtituit, meritiſque Beati Notgeri & auctoritate Imperiali Gemblacenſis eccleſia vel abbatia ceſſit eccleſie Leodienſi. In eccleſia collegiata Sancti Rumoldi Machlinienſis inſtituit Notgerus duodecim primas prebendas. Prerogativa bone fidei & meritorum conſtitutione Principum curia fecit eum patronum puerilis ætatis Ottonis Imperatoris. Unde

A Suevo regitur rex magnus tertius
Otto.

Cujus Suevi ſtudio & diligentia quam ſupra ætatem ſuam puer ille profecerit: quomodo Alpes cum exercitu ſuperavit: quantum Tremonenſes mul-

ſes multitudine civium & magnitudine opum adverſus Imperium erectos humiliaverit: quomodo civitatem eorum contriverit, ut in ſignum deletionis milium in ea ſparſerit: quomodo totam Italiam curſu quindecim annorum ſibi ſubjecerit: quam glorioſe in urbe diademate Imperii coronatus fuerit: quomodo quos armis ad ſe timendum ſubegerat, clementia ad ſe amandum ſublevabat, & diſpoſita pacificis legibus trans alpes Romana urbe, quam glorioſus victor ad Rhenum redierit, & digna Imperatore geſſerit: Aquenſem eccleſiam exornavit: Si hujus narrationis hiſtoriam melioribus debitam ſcriptoribus ſecundum ſuum ordinem ingredi auderemus, plus eſſet opere propoſito quam hac digreſſione inſereremus. Temporibus ejus ſiccitas magna vernalis evenit; unde & ſatio primitiva impedita & fames ingens ſecuta eſt: fertur enim precibus ejus annonam pluiſſe de cœlo in Haſbania. alii etiam piſcicu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

los parvos de cœlo pluiſſe ferebant. Poſtea nix nimia de cœlo decidit. Imber etiam continuus, qui autumnalem ſationem denegaret omnino: Epiſcopus vero Notgerus indicto communi jejunio periculum imminens repulit. Terræmotus quoque factus eſt permagnus, Cometaque apparuit ſplendidiſſimus, nonodecimo Kal. Ian. circa horam nonam: fiſſo cœlo quaſi facula ardens cum longo tractu inſtar fulguris illapſa eſt terris, tanto ſplendore, ut non ſolummodo qui in agris erant, ſed etiam in tectis irrupto fulmine ferirentur: qua cœli fiſſura ſenſim evaneſcente, interim viſa eſt figura quaſi ſerpentis, capite quidem creſcente cum ceruleis pedibus. quæ pericula oratione viri Dei ſunt annihilata. Caſtrum præterea Valentianas in marchia Franciæ ac Lotharingiæ, quod Balduinus Comes Flandrenſium invaſerat, Imperator Henricus obſedit, concurrentibus ad conſilium ejus Roberto Rege Francorum, & Richarto Comite Nor-

te Normannorum: ſed quia idem rex de obſidione redierat inefficax, vocato ſibi in auxilium prædicto Epiſcopo Notgero, contra Balduinum proficiſcitur. ejus auxilio & conſilio munitus Caſtrum Gandavum invadit, & depopulata terra aliquos Flandrenſium primores capit. Vnde Balduinus perterritus Imperarori ſatisfecit, Valentianas reddidit, datiſque obſidibus cum ſacramento fidelitatis ei manus dedit. Et quanta fuerit illi in educandis pueris ſcholaribuſque diſciplinis inſtruendis ſolicitudo, hinc maxime probatur, quod ſemper dum in via pergeret, longe ſeu prope ſcholares adoleſcentes ſecum ducebat, qui uni ex Capellanis ſuis ſub arctiſsima ſcholarium parerent diſciplina, quibus etiam librorum copiam cum ceteris ſcholaribus & utenſilibus circumferri faciebat, ſicque fiebat ut quos plerumque rudes & illiteratos à clauſtro abduxiſſet, ipſos quos prius magiſtros habuerant in litterarum eruditione redeuntes ſuperarent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Cujus eruditionis occaſione plurimi eorum etiam in religionis ac ſanctitatis diſciplina circa eum in tantum profecerunt, ut idonei fierent rectores eccleſiarum. Ex illis quippe multæ civitates gaviſæ ſunt ſe habere paſtores; quarum Saliburgenſis eccleſia archiepiſcopum habuit, Gauterum; Cameracenſis duos; alterum alteri ſuccedentem, Rothardum & Erluinum; Virdunenſe Monaſterium beate; Tullenſis eccleſia, Herelonem; Trajectenſis eccleſia Adelbadum: licet à multis etiam aliis epiſcopalem gradum non aſſecutis, qui ſub eo nihilominus coaluiſſent, quamplurimæ correctæ ſunt eccleſiæ; ex quibus Diramus poſtea Leodienſis Epiſcopus Bavenburgenſem eccleſiam religionis & artium liberalium diſciplina illuſtravit. Otbertus cum quibuſdam aliis ſecum hinc abductis. Aquenſium clericorum vitam perniciosè licenti contagio depravatam, ad ſanctæ religionis ſtatum pro poſſe reduxit. Quid de Hulbodo dicamus? qui dum

ad leſ-

adoleſcentulus à ſcholari diſciplina hinc aufugiſſet, Pariſios veniens S. Genovefæ Canonicis adhæſit; in brevi multarum ſcholarũ inſtructor fuit. Ubi cum aliquandiu Domino Notgero ignorante moraretur, tandem canonica epiſcopalis ſententiæ executione compulſus eſt redire, pluribus ibi relictis ſtudiorum ac moralitatis inſignibus. Cujus vitam bene ſatis morigeratam ad virtutes acceptans epiſcopus gratia ac donis muneratam ad virtutis ſtudium amplius accendit. Idem poſtea ſub Pontifice Baldrico Pragam Boëmiæ civitatem tranſmiſſus, cum nonnulla ibidem Chriſtianæ religionis documenta dediſſet, ad nos iterum cum honore remeavit. Multi quoque alii ſub tanto patre educati, religionis ſtudiis liberalibus diverſa illuſtravere loca; quorum vita religioſis moribus & doctrinis inſignita, paternæ probitatis evidens eſt documentum. Nec hoc ſilendum, quod inter cetera probitatis opera prudenti admodum uſus conſilio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

in tres aquas portiones prædia eccle-ſiaſtica diviſit, quarum unam ſibi ſuiſque ſucceſſoribus retinuit, alte-ram Eccleſiis & monaſteriis impar-tiit, tertiam militibus, qui eccleſiam armis protegerent, conceſſit. Et ut de ſanctis ejus moribus aliqua adhuc breviter enarremus, erat pauperibus mitis, ſuperbis divitibus terribilis, bonisquibuſque lenis & manſuetus, iniquis malicioſis hominibus metuen-dus, potentibus venerabilis, mediocri-bus amabilis & admirabilis, ſapien-tibus & doctis eruditor clementiſſi-mus, ſenum & debilium ſuſtentatio-nis baculus, juvenum & adoleſcen-tum correptor ſtudioſus, providus in conſilio, circunſpectus in facto, clarus in eloquio, diſcretus in ſilentio. quem ſummi proceres, Romanæ videlicet urbis Antiſtes & Imperator, tanto extulerunt honore, ut primus eorum in diſceptationibus Præſulum ciſalpi-norum ſuas ei vices injunxerit: Im-perator vero in diſponendis regni ne-

gotiis præcipuum procuratorem habuerit. nunquam corpori in ſe locum dedit, & à ſuis familiaribus deſidiam animi pro poſſe ſemper expulit. Cum clericis divinæ paginæ quæſtionibus enodandis quoties vacaret intentus, etiam laicos adoleſcentes quibus educandis inſtabat, ætati & ordini ſuo congruis artibus implicabat. His & ſimilibus inſiſtens laboribus pater venerandus triginta ſex in epiſcopatu peregit annos, multoſque à nobilitate paterna non degenerantes reliquit filios, inter quos piæ memoriæ dominus Wazo præ ceteris emicuit. Igitur deductis Notgerus univerſis laboribus ad honorem Imperii, & decorem domus Eccleſiæ Dei, bona fide & bono fine diverſis in locis & temporibus feliciter laboravit. Vnde ſcriptum eſt:

Quatuor explevit partes extenta plagarũ
Fama ſuis meritis.

Conſtituto ſuper Renum monaſterio ſanctimonialium in villa Iulica, ſicut privilegia ejuſdem eccleſiæ in Biblia con-

ſcripta teſtantur, rediit Leodium, jam in proceſſa ætate, & ubi epiſcopali officio verbo & exemplo clerum & populum ad meliora provehere ſolicitus fuit. unde ſcriptum eſt:

Vulgari plebem, clerum ſermone Latino
Erudit & ſatiat magna dulcedine verbi,
Lac præbens teneris ſolidamque valentibus eſcam.
Sponte cadunt hereſes ſub forti milite Chriſti,
Fraus & ficta fides, timor & commenta fugantur,
Et depreſſa tremunt tanquam ſub judice morum.

Hoſpitalis adeo fuit, ut de eo ſcribitur:

Nunquam ſic colitur totis affectibus hoſpes;
In laribus putat eſſe ſuis qui venerat exul;
Pauperibus victus, nudis non deſit amictus.

Ita ſermo Dei vivus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti in eo fuit, ut quiſquis decretorum eccleſiæ violator extitiſſet, ſi poſt commonitionem contumax & quaſi lapidatus cor-

dis du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

dis duritia fuiſſet, pœnam perdurationis ſuæ portaret, in quem epiſcopali auctoritate maledicta congeſſiſſet. Vnde ſcriptum eſt:

Nam ſumus experti, quicunque fuit violator
Eccleſiæ, poſtquam hunc feriens anathemate vinxit,
Corpore & excluſit ſacro vel ſanguine Chriſti,
Ivit in exitium, reſipiſcere ni properaſſet.
Si rabie caruit, ſed non purigine turpi
Et reliqua ſcabie quam poſtea nemo piaret:
Aut fregit collum, aut amatos perdidit artus.
Talis erat reprobis, tam formidabilis omni
Perjuro prædoni; fur nec perfidus auſus
In faciem veniſſe ſuam.

Quando à majoribus negotiis ad quietem evadere poterat, ad ſanctum Ioannem ſe conferebat, & in domo adherente interiori clauſtro, quam ſibi ædificaverat, dum erat ibi tanquam in familiari ſinu operis ſui, orationi & pauperū alimoniæ vacabat. Ibi tabellariis

riis & ſcriptoribus ſcribenda dictabat, Epiſtolam operis ejus, ſententiæ valetudine & ornatu verborum lucidam, de pueritia Sancti Lamberti, & merito Lamboaldi confeſſoris & Landeradæ virginis, oppido Flandriæ Gandis in eccleſia Sancti Bavonis legi, & viſum eſt nobis copia dicendi ſtylum ipſum majeſtati perſonæ cōvenire: & ideo loca ipſa in quibus ſcripta ipſius vel de ipſo reperiuntur, & verſus aliquos, antiquitatis de multitudine acceptos, eiſdem verbis, & metro quo in antiquis libris inventi ſunt, annotare curavimus, ne ex favore magis quam ex cognitione loqui videamur, & in aſſertione veritatis, ſi in commendatione bonorum quæ ipſe fecit ſtare vellemus, & valeremus peccare nos non crederemus. Ab ordinatione enim ſua per annos ſexies ſex, hoc eſt, triginta ſex, in epiſcopali opere laboravit, & tunc curſu conſummato fide ſervata, ſeptimo annorum ſenario, ad ſabbathum quietis diſpoſitione carnis migravit.

Vnde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Vnde ſcriptum eſt in verſibus prædictæ antiquitatis,

Præfuit eccleſiæ per decem luſtra vel annum.

vel *ibi pro* & *poſito. Et quia ſine dolore non perditur, quod cum amore poſſidetur: tota civitas, tota patria obſequio funeris affuit; ſenes cum junioribus, puſilli cum magnis affluunt de caſtellis & oppidis. Clerus tanquam familia ſpiritualis ad plangendum ſuum patremfamilias convenit; & ut breviter dicam, de tota regione catervatim ruunt ad flendum ſuper eum qui vixerat lætitiæ multorum. Ita non ſufficit veſpere & mane dies unus ad ſolemnitatem exequiarum; quia quilibet principalium eccleſiarum quas ipſe in civitate fecerat vel perfecerat, ad vitandum ingratitudinem humando corpori ſe debere ſingulares exequias profeſſa eſt. Prima igitur dies luctuoſæ celebritatis in eccleſia Sancti Lamberti deducta eſt. Secunda in eccleſia Sanctæ Crucis. Tertia in eccleſia Sancti*

Martini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Martini. Quarta in eccleſia Sancti Pauli. Quinta in eccleſia Sancti Ioannis, ubi ipſe ſupremo voluntatis ſuæ teſtamento, in ſignum ſervatæ uſque in finem humilitatis, in angulo cryptæ humilioris in Oratorio Sancti Hilarii ſepeliri conſtituit. quod & factum eſt. Præſcripta & plura alia clarius habentur in geſtis pontificum Leodienſium. Sed præter ea Notgerus præſcriptus multa magnalia & opera bona in iſtis & aliis partibus operatus eſt, quæ non ſunt ſcripta in geſtis pontificum prædictis. Vtinam plures tales epiſcopi modernis tēporibus invenirentur.

Non procul ab hac D. Ioannis æde, in eademque inſula (quales Moſam in varios diviſum alveos facere, jam demonſtratum) quæ eſt etiam omnium maxima, templum eſt aliud pulcherrimum D. Iacobo dicatum, à Balduino Epiſcopo erectum ann. MXIV. ut idem refert Sigebertus Gemblacenſis. Sunt omnino in hac urbe octo inſignia *Canonicorum collegia, parochiales Eccleſiæ* triginta duæ, unde ejus amplitudinem colligas, & ipſa quatuor Fratrum mendicantium contubernia, Franciſcanorum etiam duplicatum. *Aulæ*, quæ è re-

gione

gione Divi Lamberti eſt, fundamentum poſuit Erardus à Marca, operum magnitudine ſat notus, idemque abſolvit celeritate admiranda, ut Imp. Carolum V. Aug. in ea exciperet: magnum vero illud opus & ſua mole ſpectabile, nec reliqua cultus delicatioris in eo deſiderantur. Sed *viridaria* in primis mirabamur, in quibus plantæ lectiſſimæ, eoque ordine diſpoſitæ, ut nihil fieri poſſe elaboratius judicaremus. Quis fontium præterea amœnitate non ſummopere delectetur, pulchriſve ſtructuris ex diverſo marmorum genere compoſitis? unde aqua, magna erumpens copia, gratiſſimum etiam frigus vicinis conciliat porticibus, & ejus late per fornices relabentis volutant murmura. In hac aula habitavit ipſe ejus conditor, & reliqui omnes ab eo Epiſcopi, cum ante id tempus nulli eſſet certa ſedes. Ipſi autem ex Romani Imperii Principibus ſunt inſigniti titulis Ducatus Buillonii, & Comitatus Loſſenſis, & ampla admodum eſt eorum ditio, quæ communi nomine Leodienſis, ſumpta ab hac ipſa urbe appellatione, dicitur. Vnde ſit *Leodio* nomen, nobis non conſtat, ac ut de eo multæ circumferuntur opiniones, ita nihil quod cujuſquam videatur momenti. Vernaculo ſono *Liege* efferunt; voluntque nonnulli ſic appellari rivulum, qui per forum fluit ex proximis ortum ducens collibus: ſed hæc opinio à paucis

recipitur. immo ſi ille rivulus nomen habeat, à maxima parte ignoratur. Et hæc quidem de publicis operibus, quantum huic narrationi ſufficiat. quis vero enumeret quantum privati ornatus in ſingulis Canonicorum, & virorum doctorum, quibus in primis hæc abundat civitas, ædibus paſſim reperias? ac ut ipſas ædium è ſolido marmore moles prætereas, quis non mirifice oblectetur *tot hortorum ac viridariorum amœnitate*? quæ vel in planitie juxta aquas, vel in ipſis collium qui hic impendent jugis, ſuos quoque habent *fontes*, & pulcherrimo fruuntur tantæ urbis proſpectu. hinc oriente die tot clarorum ædificiorum culmina aſſurgere, eadem decedente paullatim capita ſubmittere videas. Quid refertiſſimas dicamus bibliothecas, picturas, ſtatuas, eaſque vel hujus memoriæ artificum, vel antiquas? ita ut in hac ſola urbe videre contingat, quæ magno vix labore in diverſis Orbis terrarum partibus peregrinando reperias. Cujus quidem rei vel ſolæ fidem faciant, pulchræ illæ ædes, quas D. *Lævinus Torrentius*, vir eximius, & noſtro hoc ſæculo Lyrici princeps carminis, ſuo ſumptu exſtruxit: in quibus, ut loco ab omni ea parte aperto, quæ ad ſalubritatẽ requiritur, adjutus, ita ſingulas earũ partes congrue diſponendo (ut in eo *Lamberti Lombardi*, pictoris quondam & philoſophi celeberrimi inter Eburones, felicem in architectura ma-
num

num agnoſcas) ſinguliſque ſua aptando
ornamenta, eſt adſequutus, ut his amœ-
nius nihil eſſe poſſit, nec quamvis non ita
amplo in ſpatio laxitatem deſideres. Sed
has præcipue honeſtat ipſe, comitate er-
ga litterarum ſtudioſos ſingulari, & inſi-
gni bibliotheca librorum etiam manu-
ſcriptorum, æreis præterea imaginibus an-
tiquis, ac vaſis, figuris hieroglyphicis cir-
cumquaque inſignitis, ejus capacitatis
qualia nunquam antea videramus. numiſ-
mata vero antiqua ea habet tum copia,
tum raritate (vocabulum inter ejus rei
ſtudioſos notum agnoſcis) quibus ipſa in-
videre poſſit Italia: nec enim alibi plura
Romanarum gentium facile reperiri poſ-
ſe nomina exiſtimamus. Secundus ab hoc
ſit in antiquitatis ſtudio D. *Arnoldus in*
Vachtendonck; in eo enim & ipſe egregie
verſatus, & antiquitatis inſtructus eſt non
exigua ſupellectile: candorem vero in-
genii, cum pari certantem eruditione,
quis in eo ſatis amaverit? Claret & *Domi-*
nici Lampſonii ſingularis eruditio, & in
carmine vel Latino vel Græco caſtitas &
acumen, in hac eadem civitate; quæ &
nuper admodum *Caroli Langii* ſui funus
extulit, magno cum omnium bonorum
deſiderio. Et, ſi quis ſingula revolvat tem-
pora; vix ullum fuiſſe comperiet, quo ſua
hæc non habuerit præclara quædam lumi-
na. Sed longius fortaſſe ſumus prolapſi,
quam hæc ferat narratio, dum amicitiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

indulgemus, & ab amicorum virorum conſuetudine ægre divellimur. Hac ergo urbe nobiliſſima juxta & ampliſſima ſic ſummatim luſtrata, viſum eſt

TVNGORVM OPPIDVM

III abhinc diſtans M. petere, quamvis in eo ſuſceptæ peregrinationis tenorem invertentes, ne tanti quondam nominis locum negligeremus. In itinere viſuntur multis in locis ruinæ turrium, quas putabamus tempore Francorum, qui hos olim agros incolebant, ſpeculas fuiſſe. forma apparent quadrata, ac rudioris ſtructuræ, & ſunt in locis eminentioribus omnes, vel tumulis ad id ipſum, ut videtur, aggeſtis impoſitæ. Illi vero tumuli tres juxta proceras arbores ſenſim faſtigiati, & virides, ejuſdem videntur argumenti cum eis, quos ſupra deſcripſimus: & fidem faciunt omnium fere ætatum hiſtoriæ, quantum his in locis ſit bellatum, dum Galli patriam libertatem acerrime propugnant, & *pulchram petunt per vulnera mortem* (ut inquit ille) ſed hoſtium tamen magnos linquentes cladis acervos. Ipſum porro oppidulum (nihil enim aliud nunc reſtat ex tam clara olim urbe) ad Iecoram eſt fluviolum, qui juxta Trajectum in Moſam influit, ſitu omnino eminenti, & circumquaque ſenſim acclivi, deſinenteque in paludes, aut profundas convalles: ubi ab una parte, qua magni & tortuoſi anfractus, Oceani,

Oceani brachium ipſos muros quondam alluiſſe vulgo creditur. Ad cujus rei fidem allegant, majorum ſuorum memoria, nec ita longo abhinc tempore, adhuc in uſu fuiſſe in diſtinguendis ea in parte agrorum limitibus, vocabulum *Zeedeick*, quo paſſim appellant aggeres ad coërcendum maris impetum congeſtos. Alii, & fortaſſe verius, ſtagnum fuiſſe, vel lacum malunt, cum idem *Zee* vocabulum Germanis ſuperioribus in primis, pro ſtagno ſæpius, vel lacu accipiatur. Vrbis hujus amplitudo quanta olim fuerit, ut ex hiſtoriis conſtat, ita ejus quæ hodieque reſtant murorum rudera, id ipſum manifeſto oſtēdunt, quibus ab una adhuc parte longo circuitu ambitur. ac inter ea & recentiorem murum, qui oppidulum nunc claudit, plurima quotidie eruuntur ædificiorum fundamenta, plurima & antiquitatis monumenta, nummi, gemmæ variis inſcalptæ figuris, vaſa fictilia: inſcriptiones, aut ſtatuæ paullo majores raro, ut nec in ipſo oppido quicquam ejuſmodi videas; niſi quod n ſacellulo rotundo, quod juxta ſummum emplum eſt, & à Divo Materno ædificam referunt, nonnulli & Romanorum ſſe opus exiſtimant, vidimus muro inſerm lapidem vetuſtate adeſum, in quo veigia apparent imaginis imberbis galeatæ criſtatæ, dextra haſtam, ſiniſtro vel clyeum, vel gladii capulum tenentis, quam rtaſſe Minervæ imaginem non incom-

de dixeris. Ipſi incolæ Herculis eſſe putant, cujus & caput eſſe in alio muri ejuſdem lapide, cum tamen manifeſto Gorgonis eſſe faciem anguinei crines, nodo ſub mento collecti, arguant. Sed vulgi is error, temere rebus ignotis nomina affingere: & fortaſſe in eo quoque falluntur, quod fontem illum, qui non procul à vetere muro eſt, eundem eſſe autumant. cujus Plinius lib. ſuæ hiſtoriæ XXXI meminit; in eo Plinii loco civitatis nomen, quo potius uſus videtur in propria ſignificatione, pro oppido accipientes, ut idem ſane ſit; multum ab eo ſapore, quem diſerte explicat ille, degeneravit: de efficacia ipſi viderint. nec admodum movemur, quod eo levatos eſſe multos referant; hallucinantur enim homines in applicatione cauſſarum ut plurimum, & ſæpe medicinæ acceptum ferunt, quod natura ſua quadam vi ſine cujuſquam adminiculo perfecit, Hæc fere ſunt, quæ hac ætate reſtant ex antiqua illa & famoſiſſima olim *Tungrorum* urbe, quæ quondam principem in Germania ſecunda locum tenuit, à Tungris illis proculdubio nomen ſortita, quos Cornelius primos fuiſſe, qui Rhenũ tranſgreſſi Gallos expulerint, & ſe nunc Tungros, nunc Germanos nominaſſe tradit, *novo, & tunc primum addito* (alias, *audito*) *vocabulo*. quod quidem tempore C. Cęſaris jam erat vulgatiſſimũ, obliterato priore illo, cujus in ſuis Commentariis prorſus nullam

nullam facit mentionem : ſed has ipſas ſedes *Eburonibus* tribuit. Quos cum magnis aliquot præliis ſuperatos, vicinis nationibus direptioni expoſuiſſet : veriſimile eſt, ejus gentis reliquias, ubi paullatim ad ſuas ſedes ſe recepiſſent, abjecto Eburonum nomine, quod Ambiorigis caſus odioſum omnino & capitale apud victorem exercitum effecerat, vetus Tungrorum reſumpſiſſe: quod apud Tacitum, & poſteriores inde ſcriptores, ad hanc uſque memoriam, tam eſt celebre, quam de Eburonibus perpetuum ſilentium. In quo Cæſar quod volebat, ne quid ejus obſtaret felicitati, eſt adſequutus, ut nomen civitatis ac ſtirpis extingueret. Ceterum quid hoc loco olim fuerit, vel quando primum hæc urbs fuerit condita, veteres nobis incertum reliquere. Eſt in libello, qui ſub Antonini Pii nomine circumfertur, Itinerarium, quod *Caſtello*, nunc *Caſſel*, in finibus occiduis Flandriæ, *Coloniam Agrippinam* ducit, in qua *Perviciniacum* eſſe, quod nunc *Peruvves* dicunt, & nomen, & locorum ordo, & ipſa adeo convincit diſtantia. Hinc ad M. paſſ. XIV *Aduacam Tungrorum* (ſic enim potius legendum putamus, quam *Ad Vagan Togrorum*, ut nonnulla habent exemplaria) ſubjungit. Vt Tungrorum hoc oppidum ſit, in numero quidem paſſuum errorem eſſe, erit neceſſe; eſſet enim longe juſto minor; non videmus tamen quem alium potius eſſe lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

cum exiſtimemus. Nam quamcunque tan dem hic libellus ætatem referat, hoc op pidum diu ante ſteriſſe, nemo inficias ibit & in eo omnes conſentiunt Hiſtoriæ, lon ge eſſe antiquius Cameraco, Iuliaco, & reliquis, quæ in eodem recenſentur Itine rario, & quidem potens & amplum fuiſ ſe. Cumque in eodem ſit tractu, per quen Caſtello vel Perviciaco Coloniam peten tibus ſit faciendum iter, non videtur ir regia illa via ſilentio præteriri potuiſſe: & facilius fuit ſcribam in numeris errare, quam ut tantæ urbis nomen omiſiſſe cre damus, ut in hoc eodem libello eorun dem prorſus locorum diſtantiam, alite atque aliter notatam, videas. Quid vero prohibet quin hic Ptolemæi Ἀτουάκουτον vel quomodocunque legatur, & Cæſari item *Atuatucam* referamus? (ſic enim ve tuſtiora habent exemplaria, non ut nunc legimus *ad Vatucam*, contra Latini ſermo nis conſuetudinem, nec reperitur in alio caſu hoc vocabulum in ejus commenta riis, quod ſane dubitationem hanc tolle ret.) Videntur enim illa in idem recide re, niſi quantum vulgi imperitia tempori ſucceſſu tandem, in propriorum nomi num prolatione, quod ipſum & hac me moria uſu venire videmus, immutat; ut non mirum ſit, Romanos, aut Græcos ho mines, diverſis temporibus in eorum ſcri ptura variaſſe. Hæc ſi ita ſint, jam habe mus quid de hoc dicamus oppido: *Caſtel*

lum

lum videlicet fuiſſe, etiam ante Cæſaris in Gallias adventum; quod cum loci natura eſſet egregie munitum, Romani in eo duces ſuos milites in hibernis continebant: & hinc fortaſſe paullatim ſumpſit incrementa, quo tẽpore Galli, qui antea diverſi ut plurimum, & ut cuique commodum videretur, in agris caſas habebant, nulla habita viarum aut munitionis ratione, bello ſæpius laceſſiti, oppida claudere, & ſua in ea quæ ſalva eſſe vellent comportare, cœperunt. Sic & aliis quoque in locis ex caſtris factas tandem urbes legimus. Sed hæc ex conjectura. Si quis vero curioſius ſingula Cæſaris verba expendat, quibus de Atuatuca facit mentionem, reperiet, cum nullo melius, quam hujus ipſius oppidi ſitu, cum loci natura convenire. Vt enim diſpoſitionem illam hibernorum, de qua lib. 5. agit, diligentius attendas; quæ millibus paſſuum centum continebatur: non potuere illa Q. Titurii Sabini, & L. Aurunculeii Cottæ caſtra ad Rhenum propius eſſe, ut & hac ratione in mediis Eburonum ſedibus dicerentur, & tamen Rheno ſubeſſe, reſpectu aliorum hibernorum, quæque prima Germanorum impetum exciperent. Huc accedit, quod Sicambros ad diripiendos Eburones evocatos, ubi Rhenũ tranſiſſent, longius progreſſos refert, ut ad hũc venirent locum: nec hominibus in bellis & latrociniis natis, paludes dicit, aut ſilvas in mora fuiſſe, neque prius viſos à Roma-

nis miliribus, objectis ab ea parte ſilvis, quam caſtris appropinquarent. Sic enim ab ipſis incolis accepimus; omnem illam regionem, quæ ad Moſam vergit, ad ipſum uſque oppidum, ſilvam quondam ingentem, & continuam fuiſſe, ita perplexam, & impeditam, ut unius vix diei itinere, ad eum fluvium penetraretur. & hæc quidem erant, ante conditas urbes, Gallorum propugnacula. Valles præterea magnas, & colles in his locis non deſideraveris, ut omnia quadrent Cæſaris deſcriptioni, quæ facilius agnoſcet quiſquis tam elegantem ac munitum urbis ſitum diligenter expenderit. Tungris Leodium revertimur, & hinc per *ſilvam Arduennam*, pagum vulgo

SPA

dictum, ob fontes acidos celebrem, qui V diſtat M, petivimus. Ad medium fere M. pagus eſt *Cenei* dictus, & in eo pons lapideus, ad quē Veſa fluvius Vtam alium amnem recipit, & juncti Leodium petunt. Hinc *Louvegnie* pagus, & ipſa *Spa* in profundiſſima valle, præruptis ab omni fere parte circumcinctus montibus, ædificiis plurimis, etiam ultra quam ferat pagi conditio, excultus, ad excipiēdos advenas, qui è longinquis regionibus ad hos medicatos fontes confluunt: eſtq; eorum ab initio ſtatim æſtivi temporis ad ipſum uſque hiemis initium maxima in eo frequentia. In medio foro fons eſt itidem acidus, quem Sancti Remacli nuncupant, ab Epiſcopo

Leodi-

Leodienſi, cui & paret hic locus, opere decoratus marmoreo, & inſcriptione: SANITATI SACRUM. Illi vero fontes omnium celeberrimi in altiſſimo ſunt montis jugo, inter ſilvas, ad medium fere M. ad quos arduo omnino & lapidoſo itinere aſcenditur, vehementi totius corporis exercitatione, quod ipſum ad recuperandam valetudinem, naturæque excitandum vigorem non minimi videbatur eſſe momenti. His fontibus nomen eſt apud vulgus *La Saviniere*, quo & montem nuncupant, è quo erumpunt: aquam vero *pohon*, quod nobis *poiſon* interpretabantur eadem ratione, qua quod ceteri Galli *maiſon*, ipſi ſua lingua *mahon* proferunt; rationemque reddunt, quod ante exploratum ejus uſum & naturam, letalem eam judicarent: hanc vero ſuam linguam vernaculam, *Romanam* adhuc vocant, & Germanos *Tiſchons* appellant, vetere ſcilicet *Tuiſconum* vocabulo, & multas adhuc voces retinent ex veteri illa lingua, ſuam propius accedente ad originem, quas noſtra hæc politior jampridem exploſit. Ceterum hos fontes nemo melius deſcripſerit quam ipſis C. Plinii verbis lib. XXXI. ubi inquit: *Tungri civitas Galliæ, fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia; eadem aqua igne admoto turbida fit, ad poſtremum rubeſcit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

VALERI ANDREÆ

LEODIVM EPISCOPATVS ET PRINCIPATVS,

Ex Bibliotheca Belgica.

LEODIENSIS ditio, vetus Eburonum, Condruſiorum, Pæmanorum ac Tungrorum ſedes fuit; civitaſque ipſa olim etiam *Legia* dicta, (à *Legione* Romana, quæ hoc loco ſtationem atque hiberna habuit, auctore Heutero) vulgo *Liege*, Germanis *Luttich*, Flandris *Luyck*: Epiſcopatus ac Principatus Leodicenſis metropolis eſt, à qua provincia nomen habet. Terminant ditionem hanc à ſeptentrione & occidente Brabantia; ab oriente Moſa & Namurcum; à meridie Luceburgum. Eſtque partim Trans-Moſana, partim Cis-Moſana. Regio tota amœna eſt, frumenti triticique fœcunda parens.

Plurimus hic etiam Bacchus, gratiſſimus ori,
Cum ferus arentes Sirius urit agros:

ut canit Car. Langius in Proſopopeia ejuſdem, qua terræ illius temperiem fertilitatemque depingit. Habet præterea *Leodium* optimas plumbi ferrique fodinas: lapidicinas item non paucas. Eruunturque è terræ viſceribus λιθάνθρακες, ſive

ſive carbones, alendis fovendiſque ignibus apti, & Hannonienſibus odore ſuo multo gratiores. Cetera Guicciardinus de terræ ſitu fructuque proſequitur. Complectitur Leodicenſis Principatus urbes mœnibus pridem clauſas XXIV. pagos 1800, cenſente eodem Guicciar. Ducatum ad hæc Buillonium, Marchionatum Francimontanum, Comitatum Loſſenſem & Hasbaniæ; qui tituli ſunt Principis.

LEODIVM, partim in altiſſimis ſitum montibus, partim in latiſſimam planitiem ſeſe extendit. Primum illius conditorem faciunt S. Hubertum Epiſcopum, Waſſeburgius & alii: rectius ſentiũt qui inſtauratorem volunt fuiſſe, tranſlata eo ſede Epiſcopali. Sunt in hac urbe octo Canonicorum Collegia, ex quibus S. Lamberti cathedrale eſt: Abbatiæ 4. Eccleſiæ parœciales, ut vocant, 32.

TVNGRI, vulgo *Tongeren*, ad Iecoram flu. hodie humile & ignobile Hasbaniæ opidum, alioqui antiquiſſimum & vetus Tungrorum ſedes, cujus nominis & alibi his in locis exſtant veſtigia. Ex hac urbe Pipini ac Caroli Magni majores orti. In hac, Hunnorum per Europam inundatione, Divorum templa ſupra centum, ſtructuræ admirandæ, funditus everſa. Sedes olim Epiſcopalis, à S. Servatio. ann. 444. Trajectum tranſlata. Ceſſit deinde dominium ejuſdem Sancto Huberto, primo Leodicenſi Epiſc.

Caroli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Caroli Martelli donatione. Vide plura apud Guicciard.

BORCHWORMIVM, Leodicenſ. *VVaremiam* vocant mutilata voce, Hasbaniæ caput eſt, ad Iecoram flu. qui paullò infra naſcitur, ac Tungrorum urbem interſecans in Moſam illabitur. Diſtat Leodio quatuor milliaribus.

HVIVM, Heutero *Hovium*, *διουλλάβως*, vulgo *Huy*, ab Hoyo ſive Huy flu. qui illic rapidiſſimus Moſam influit: opidum primarium Condruſiorum, vulgo Condrons, quæ ad Moſam regio eſt verſus Luceburgios Pontem habet operoſiſſimum, qui urbem ipſam velut mediam interſecat: Arcem munitiſſimam & ſtructuræ artificio inprimis elegantem. Card. & Epiſc. Groesbequii opus. Diſtat Leodio quinto milliari.

CÆNACVM, ſive C*hineium*, antiquiſſimum Condruſii opidulum, Canonicorum Collegio nobile. Diſtat Leodio octo milliaribus.

DIONANTVM, *Dinant*, ad duodecimum à Leodio lapidem, ſitum ad dexteram Moſæ ripam, in magna atque anguſta valle inter altiſſimos montes: à Carolo Burgundo ferè ſolo æquatum, inſtauratum poſtea à Card. Marcano, qui arcem adjecit in eminentiſſimo rupis vertice? & illam an. 1554. ab Henr. II. Gal. Regis milite pænè attritam.

FRANCIMONTIVM, olim opi-

opidum muris clauſum, nunc muris disjectis patet: & Marchionatus titulo gaudet, arcemque oſtentat, à Card. & Epiſc. Marcano ſtructam.

FOSSA, Canonicorum Collegio inſignis, auctore Notgero Leodien. Epiſc. qui *Foſſenſem Eccleſiam condidit, ac muro & turribus communivit*, ut habet Hiſtoria Vitæ ejus, apud Ortelium in Itinerario.

VISETVM, vulgo *VVeſet*, ad ripam Moſæ, inter Leodium & Trajectum, ab Adulpho Marcano Epiſc. muris ac turribus vallatum.

TVDINIVM, ſive *Tuinum*, vulgo *Thuyn*, abeſt Leodio decimo nono, Montibus Hannoniæ quinto tantum milliari: cujus licet finibus contineatur, ſubeſt tamen Leodienſi Epiſcopo: ut &

COVINVM, ſive *Chouvinum*, vulgo *Couvenes*, ſive *Couve*, opidulum mediocre, inſtans Leodio octodecim milliaribus.

FONTANA, vulgo *Fonteine l'Eveſque*, quaſi Fons Epiſcopi, in confiniis Hannoniæ & Leodicenſis agri. Vnde de jure illius opiduli, cui accenſeri debeat, necdum definitum eſt. Hujus non meminit Guicciard. ſed loco ejus FLORENNAM, *Florenne*, habet, adſitam Philippipoli, diſſitamque Mariæ-Montio quinque milliaribus: ſatis lautum aliquando opidulum, ſed à Gallis everſum.

BVLLONIVM, *Buillon*, à Leodio viginti circiter milliaribus diſſitum,

Ducatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Ducatus illius caput: olim foſſis valloque clauſum. Arcem habet munitiſſimam & inexpugnabilem. Ab hoc *Godefridus Bullónius* nomen habet, qui, ſuſcepta in terram ſanctam expeditione, ditionem illam Oberto Leod. Epiſcopo vendidit.

LOSSA, *Lootz*, Comitatus ampliſſimi caput; qui mortuo ſine hærede Ludovico Comite, feudi jure Principum Leodicenſium eſſe cœpit. A Carolo Magno originem habet, qui Ogerio Dano, Franciæ pari, ob virtutem dono dederat. Diſtat Leodio quarto, ſeſqui-milliari Trudonopoli.

TRVDONOPOLIS, ſive *S. Trudonis opidum*, ad tertium à Tungris, ſextum Leodio lapidem, ab opulentiſſima S. Trudonis, ord. Bened. Abbatia nomen habet, penes cujus Abbatem opidi Dominium eſt. Hic Nerviorum *Centrones*, quorum apud Cæſarem mentio, habitaſſe putat Heuterus, ex Gallica voce *Centron*, quem vide lib. 1. de Veterum Belgio, cap. 11. Alii Cortracum Flandrorum iis ſedem aſſignant ut ſupra monui: quos Divæus ſequitur.

BILSENA, opidulum ad Demeram flu. qui hic ferè naſcitur, & Haſſeletū decurrit. Diſtat Leodio milliaribus quatuor.

HASSELETVM, Loſſenſis Comitatus opidum, ad Demeram flu. Cui etiam adjacet Herkenſi itinere *Curingia*, ubi amœ-

amœniſſimum palatium viſitur, à Card. Marcano exſtructum.

Sequuntur minorum gentium opidula, *Hercum*, *Beringia*, *Pera*, *Brea*, ſive *Brey*: *Maſeica* ſive *Dryopolis*, ad Moſæ ripam: *Stochemum*: vulgo *Stockem*, cui adhæret arx munitiſſima, à Card. Marcano reſtituta: urbs ipſa muro deſtituta.

TRAIECTVM, *Maeſtricht*, utramque Moſæ ripam poſſidet, & quatuor Leodio milliaribus diſſidet. Eſtque Brabantici quoque juris, de quo propterea alibi dicta non repeto.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DE BVRGVNDI IN AGRVM Leodienſem emptione,

ET LEODII, ALIORVMQVE OPIDORVM expugnatione, facta anno cIↃ CCCC LXVI.

HISTORIA ſcribente PHIL. COMINÆO.

CAPVT I.

ABHINC elapſis aliquot annis, nullo non eorum Dux Burgundiæ bellare habebat in Leodios. Cumque Rex eum eo loci occupatum videret, in Britannos novas adverſitates moliri cœpit, interim ſubminiſtratis clam Leodienſibus quæ ad continuationem turbarum eos animarent. Dux contra in regem verſus, ut confœderatis auxilio eſſet, ad pacem aliquam, induciaſve eum adegerat. An. Chriſtiano M. CCCCLXVI. Dinandium, infinibus Leodiorum oppidum opulentiſſimum & munitiſſimum, ſecundum amplitudinem ſuam, obſeſſum & captum eſt. Cui rei cauſſam dedit negotiatio vaſorum ære Cyprio factorum, quæ celebre nomen ab ea ci-

ea civitate tum habebant. Dux Burgundiæ Philippus (qui mortem obiit menſe Iunio, anni modo dictum ſequentis) illuc lectica ſe, ut erat decrepitus ætate, vehi juſſit: tanto ejus cives odio habebat, ob crudeliſſima facinora, quæ in ſubditos ejus comitatus Namurcenſis incolas, exercuerant. Præcipue vero nulli ſceleri pepercerant in oppidulo quodam minuto, Bouvines vocabulo, quadrante ſolo miliarii Dinandio, medio ſaltim Moſa amne, diſtantem. Paullo quidem ante id obſederant, flumine inter caſtra & urbem medio, octo integros menſes, circaque univerſa deprædati, depopulatique, nullo, ut dixi, hoſtilitatis genere omiſſo, fuerant. Obſidionis toto tempore duobus æreis, aliiſque tormentis, continuo miſeros vexaverant, domibus pro lubitu vi globorum trajectis, ita infeſta omnia habentes, ut ſubterraneis cellis degere, vitamque ærumnoſe tegere eoſdem compellerent. Verbis vix enarrari poterit immane odium, quo duæ civitates iſtæ invicem diffidebant, neque tamen interim crebra inter liberos utriuſque civium matrimonia ceſſabant, remotiores namque erant ab omnibus aliis opulentioribus oppidis. Anno qui deſtructionem Dinandii præceſſit, quo tempore ab obſidione Lutetiæ Carolus domum redierat: ejus cives pacificationem cum Philippo inierant, ſoluto certo pecuniæ numero, ſeque à ſocietate Leodiorum abjunxe-

junxerant; itaque porro ſuo Marte vicinos obſederant. Quæ quidem indicia & initia vera ſunt propinquæ ruinæ, cum ii, quorum mutuis ſubſidiis conſtat felicitas, ſeparant ſtudia, & in diverſa differuntur. Idem dico de Principibus fœdere junctis, quod de iſtis civitatibus, omnique genere talium ſocietatum. Verum, quoniam exiſtimare licet neminem eſſe qui non vel viderit vel legerit hoc genus exempla, plurimum ubique occurrentia, non addam plura: Hoc ſolum affirmans regem noſtrum Ludovicum hanc ſeparandorum hominum artem melius notam habuiſſe omnibus aliis, quos ego noverim, principibus. Pecunia illi hoc nomine nulla, nullus labor, nulla beneficia, magni habebantur, tam dominis quam miniſtris redimendis juxta prodigus erat.

Sic vero & Dinandii, mox à pacificatione cum Philippo inita, pœnitentiam ejus habuere, & quatuor primores civium ſuorum crudelibus ſuppliciis interfecere, quorum præcipua ea compoſitione auctoritas fuerat: confeſtimque in Namurcenſi ditione bellum redintegrarunt. Eis de cauſſis, accedentibus Bouviniorum querelis, Philippus excitatus oppidum obſidione cinxit, duce reipſa omnium Carolo: eodem venit & San Paulinus, Coneſtablius Franciæ, cum auxiliario milite, relicta domo ſua; nec tamen auctoritate aut permiſſu Regis, nec cum regiis copiis, ſed quas infi-

nibus Picardiæ ſua ſponte coegerat. Magno faſtu & confidentia cives oppido eruptionem fecerunt, ſed maximo ſuo detrimento, octavo die poſtquam tormentis civitas undique concuſſa fuerat, neque amicis fœderatiſque eorum tempus ad conſilia de ſuccurſu parando relictum eſt. Ita Oppidum captum & funditus everſum eſt, octogenti amplius captivi Moſa merſi, in conſpectu Buvinienſium. Fatalem puto hanc cladem his hominibus, ob inſignem eorum malitiam, fuiſſe; tamen & vindictæ nihil ad crudelitatem ſummam defuit.

Poſtridie quam captum fuerat Dinandium, Leodii cum magnis copiis adfuere, contra quidem fidem datam, opitulaturi. Erant enim abjuncti ipſis, expreſſo pactionibus diffidio, uti ab eis viciſſim Dinandii ſeceſſerant. Philippus quidem ob ſummam ſenectutem domum reverſus eſt: Carolus vero cum exercitu recta in venientes Leodios contendit: eos obvios habuimus ante exſpectatum.

Noſtra enim prima acies, Ducum inſcitia, via regia exceſſerat: & incidimus in inſtructos, omnibus copiarum ducibus ſua ſtatione præſentibus. Iam dies in noctem pronus erat, tamen ad aggrediendum hoſtem comparare nos juſſi ſumus. Eo momento advenere legati Leodiorum ad Carolum, obſecrantes per beatæ Virginis honorem, cujus ea die pervigiliũ erat, miſereretur eorũ, excuſanteſq; culpam quibus

modis poterant. Copiæ vero non videbantur hoc idem ſentire, quod legatio narrabat, ſed omnibus modis inſtructæ exſpectare potius conflictum. Tamen, poſtquam bis terve itum reditumque fuerat, conceſſum iis eſt jurare denuo in pacem anni præcedentis, certo ſoluto pecuniæ numero, & injunctum, ut, in meliorem fidem ſacramenti ſemel rupti, trecentos darent obſides, quorum nomina, adverſariis inſcripta, Epiſcopus Leodienſis, per illic præſentes miniſtros ſuos jam notaret, ipſos autem intra octavam ſequentis diei horam ſiſteret. Eam noctem Burgundiorum exercitus magno metu, & turbatione duxit; nullibi enim munitus clauſusve erat, idque in loco Leodiis percommodo, qui univerſi pedites erant, notamque regionem melius nobis habebant. Fuere inter eos qui tenebris nos aggredi vellent, & certe, mea opinione, poterant magno detrimento afficere; vicit tamen ſententia pacem ſervandam ſciſcentium. Cum prima luce in ordinibus conſtitit noſter exercitus, diligentiſſime ſtationem ſuam quoque ſervante; erant ſane non pœnitendæ copiæ. Tria millia equitum, miſti cenſus, duodecim tredecimve millia ſagittariorum, cum magna multitudine aliorum peditum, ex vicinis locis collectorum. Recta in hoſtem itum eſt, ad recipiendos obſides, quorum ſi copia non eſſet, illico confligendum ſciebamus.

Offen-

Offendimus agmina eorum ſeparata, jamque per cuneos palabant in diſceſſum, inſtar multitudinis nullo idoneo duce. Iam imminebat media dies, & nuſquam adhuc obſides comparebant. Carolus Mareſchallum Burgundiæ, exercitui præſentem, interrogat, irruendum eſſet in perfidos; an paratæ acies ſuſtinendæ? Ille irruendum, reſpondit, poſſe abſque diſcrimine deleri, neque diſſimulandum crimen, quo nobis inſultarent. Ab hoc Contæi ſententia requiſita eſt; qui idem ſuaſit, adjiciens nullo poſt tempore tantam vindictæ juſtæ oportunitatem habituros: hoſtemque manipulatim Carolo palantem oſtendebat, velut abiturum; neque rem ullo modo differendam. Rogatus ultimo Coneſtablius, contrariæ fuit opinionis; cauſſatus, contra exiſtimationem promiſſumque facturum, qui confiſos verbis ſuis interficeret. Tantam hominum multitudinem, talibus negotiis non facile redigi in unam ſententiam, quale quidem hoc de obſidibus foret, iiſque tanto numero. Suadebatque ad eos mittere inquiſitum quid ageretur. Diſputatio trium horum cum Carolo non parum temporis exemit. Et hic quidem ex una parte acerrimos vetuſtiſſimoſque hoſtes ſuos videbat profligatos, nullo cum ſuorum fere periculo: Ex altera lædendæ fidei exprobratio animum quatiebat. Ad finem decretum eſt Tubicinem mittendum ad eos. Ei obviam facti ſunt ob-

ſides, qui adducebantur: Militi vero maximopere diſplicebat Coneſtablii conſilium, videbat enim ante oculos expoſitam ſpoliis prædam. Confeſtim Leodium miſſi legati ſunt, ad confirmandam pacem. Vulgus urbanum, notæ inconſtantiæ, hos miris modis exagitavit, exprobrans non auſos aggredi ſuorum agmina Burgnndos: tormenta etiam coram adducta exoneraverunt velut metum facturi, inſolentiæque barbaræ multa alia oſtendere. Carolus retroceſſit in Flandriam. Eo tempore exceſſit vivis pater ejus, Philippus: quem magnificentiſſimo exſequiarum apparatu, ſollemnibuſque pompis, Brugis ſepulchro tradidit, mortemque, miſſis nuntiis Regi ſignificavit.

CAP. II.

Vt Leodii pacem Carolo juratam ruperint. Vtque ab eo acie profligati ſint: Vtque Rex affirmavit ſe eos relicturum, ſi Carolus contra Britanniæ Duci abſcederet.

ABHINC, & continuo poſt, ſecreta negotia inter hos Principes verſabantur. Rex adeo incenſus ira erat contra Duces Britanniæ & Burgundiæ, ut non poſſet magis. Hi vero difficulter admodum participare res ſuas poterant. Legati enim & tabellarii plurimum impedimenti patieban-

tiebantur : Tempore vero belli maritimo itinere proficiſci neceſſe habebant, & pro minimo opus erat ut Britannia venientes trajicerent in Angliam, hinc terreſtri itinere Douverium, inde denuo mari Caleſium peterent. Quod ſi recta contendere vellent, magno periculo iter erat. Totis his diſſentientium Principum annis,ut & ſequentibus, ad viginti uſque cæteris, his in induciis, illis diſſimulationibus, aliis bello profeſſo tranſactis, dum quiſque convenientium fœderatos ſuos comprehendit ſuis pacificationibus, Deus hanc ſingularem gratiam Franciæ Regno tribuit, ut inteſtina diſſidia, & civiles pugnæ Anglorum, in ipſorum regionibus, non ceſſarent : Hæ, quindecim præterpropter annis, ante noſtræ hiſtoriæ res inceptas, fuerant exorſæ, continuatæ per infinitas ingenteſque clades partium, quibus multa egregiorum virorum millia confecta ſunt. Nemo non ducum adverſarios Proditores nefarioſque homines vocabat:duæ quippe familiæ erant,quarum utraque Regiam dignitatem vindicabat : Lanclaſtria videlicet, & Yorchenſis. Neque enim ullum dubium eſt, ſi Angli eo rerum ſtatu fuiſſent, quo ante eas colliſiones floruerant, Franciæ plurimum negotii hoc tempore exhibituros fuiſſe. Rex vero Britannum evertere conabatur : hanc enim facilius ſe rem expediturum opinabatur, minorum nempe contra virium, quam ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Burgundiæ familiam aggrederetur. Omnes enim inimicos ſuos illuc confugiũ habere, ut fratrem nuper, alioſque, quicunque aliquid adverſum ſeſe machinarentur. Hac propter magno opere ſollicitabat Burgundum, ingentibus donis & promiſſis pellicere ſperans, ut relinqueret fœdus cum iis initum, offerens pariter ſeſe Leodiorum, aliorumque, qui Carolo infeſti eſſent, ſocietatem relicturum; Quod quidem conficere non poterat. Burgundum enim de novo exercitum ducebat in Leodios, qui commode pacem ipſi juratam ruperant; vique occupaverant & ſpoliaverant oppidum quoppiam, Luny nomine, præſidio Ducis expulſo: non morati obſides quos præcedente anno dederant, capitali ſupplicio obnoxios, ſi qua in re turbas contra pacta ipſi dediſſent; inſuper eum in caſum non modica pecunia condicta. Carolus copias ſuas coegit prope Lovanium, vicinum Leodio oppidum, in territorio Brabantiæ. Illic eum acceſſere Comes San Paulinus, Coneſtablius Franciæ, (qui tum per omnia ſe Regis partibus reddiderat, eumque eo morabatur hactenus) & Cardinalis Baluenſis, cum aliis; qui indicarunt, Leodios Regi confœderatos eſſe, induciis ab eo initis comprehenſos; Regemque auxilio ipſis adfuturum, ſi Carolus eos bello aggrederetur. Tamen obtulerunt, ſi conſenſu ipſius Rex poſſet Britannum bello perſequi, non impeditu-

rum

rum quo minus, ut vellet, cum Leodienſibus tranſgeret.

Expeditio horum legatorum brevis fuit, eaque publice audita; nec præter unum diem affuere. Dux Burgundiæ, excuſandi ſui, reſpondebat. ſe bello laceſſitum à Leodiis, quodque pax non ab ipſo, ſed ab iiſdem rupta fuerit; injuſte facturum ſi ea gratia confœderatos ſuos deſtitueret. Legati dimiſſi ſunt, cum jam Carolus equum eſſet adſcenſurus, poſtridie ſcilicet, quam venerant, ubi clara voce ipſis dixit, rogare ſe Regem ne Britanniæ bellum inferret. Conſtablius inſtare, dicens, neutrum ab ipſo eligi, & nihil Regi relinqui, omnia ſibi eum ſumere: velle nimirum Regis amicos pro lubitu aggredi, nec concedere illi, ut ſuos idem inimicos ulciſceretur, eodem exemplo. Hoc quidem iniquum eſſe, & Regem minime conceſſurum. Dux valedicens legatis: Hoſtes, inquit, mei jam convenere, & intra tertium diem me expectant, acie conflicturi; Si eo prælio inferior diſceſſero, facile credo vos facturos quæ volueritis; ſi vero vicero neque vos Britanniæ moleſti eritis. Sic equum adſcendit. Legati diſceſſere in ſua hoſpitia, abitum paraturi. Carolus vero Lovanio cum ingenti inſtructoque exercitu diſcedens obſidione cinxit urbem, nomine Saintonium. Copiæ, ut dixi, præmagnæ erant: quicquid enim de Burgundia progredi potuerat, eis acceſſerat: Non me-

mini ampliore exercitu cinctum vidiſſe. Paullo ante diſceſſum deliberavit obſides interficeret, an quid aliud de iis ſtatueret. Aliqua conſilii pars occidendos ſuadebat, interque hos, de quo ſæpe jam locutus ſum, Contæus. quem nunquam alias tam crudelem ſententiam dixiſſe audiveram. Eaque ratione utile ſit Principi plurium conſilio uti: & ſapientiſſimi enim nonnunquam delirant, aliquando ex affectibus in rem præſentem, vel amoris vel odii, quandoque, ut contradicant aliis, ſæpius & turbato aliunde animo. Nec in univerſum pro conſilio habendum eſt, quod fertur poſt prandii tempus. Dicere hic quis poterit, viros, qui tale quid aberraverint, non debere haberi auctoritate conſiliariorum. Cui reſpondendum arbitror, omnes nos communi ſorte homines eſſe, quique lecturus ſit eos ſolum, qui nunquam non eadem ſapientia dicant ſententiam, ſintque pari per omnia animi conſtantia, ei proficiſcendum eſſe, ultra humana negotia, in cœlum: alibi enim nequaquam, quod quærat, inventurum. Conſiliis quidem adhibendi ſunt maxime, qui ſapientiam ſemper promtam habent, nec tamen ejiciendi, ſi qui, raro tamen, humani quid fuerint aliquando perpeſſi. Nos ad deliberantem Carolum revertemur. Duo treſve alii, propter ſummam, meritoque talem, auctoritatem viri, Contæo acceſſere. Habent enim ampliora hoc quoque

genus

genus Conſiſtoria, qui ad nutum aliorum ſciſcunt, non magnopere de re ipſa ſolliciti, ſtudentes ſolummodo probare ſeſe alicui, qui ſit ampliori exiſtimatione. Poſt interrogatus Dominus de Hymbercourt, Ambiano vicinis locis oriundus, Heros inter ſapientiſſimos atque acutiſſimos, quos unquam viderim: reſpondit, videri ſibi, ut Deum plane noſtris partibus adjungeremus, totique mundo palam fieret, non ſanguinarium aut crudelem eſſe Principem, dimittendos, quanti eſſent, obſides: conſiderato inſuper quod bona ipſi fide ſeſe ſtitiſſent, arbitrari pacem omnino ſervandam à ſuis: Verum ut ante abſceſſum ipſis indicaretur, gratiam Ducis hanc non vulgarem eſſe, injuncto inſuper ut adniterentur populum ad fidem cuſtodiendam reducere: ſin, & hoc fieri non poſſet, ipſi tamen, agnoſcentes ſummum hoc & incomparabile beneficium, perfidorum rebus, ipſoque adeo bello, tam in nos, quam in Epiſcopum ſuum, qui apud nos eſſet, abſtinerent. Placuit hæc ſententia Principi, obſideſque poſtulatis efficiendis fidem obligaverunt. Inſuper ipſis dictum eſt, ſi exemti jam hoſtibus, inter eos poſtea caperentur, capitale ſupplicium nullis precibus amolituros. Sic ad ſuos redierunt. Non abs re recenſebo hoc loco de Contæo, quod incidit: Poſt ſanguinariam hanc ab eo ſententiam prolatam in homines, quorum plerique ſola probitate

in

in noſtras manus venerant: Quidam conſiliariorum mihi in aurem hæc verba dixit. Vides hunc hominem? Utut ſenectutis ſit non primæ, tamen firma oppido valetudine eſt. Verum ego ingenti contra pignore contenderim, illum abhinc annum nullum victurum: idque dico ob terribilem hanc ſententiam, quam modo dicentem audivimus. Sic certe eventum res habuit: paulo poſt enim Contæus obiit: ad mortem tamen uſque, etiam in illo ultimo prælio, optimi, fideliſſimique Principi ſuo, viri, officio perfunctus. Nos ad propoſitum revertimur. Auditum eſt Carolum Saintonium obſidere cœpiſſe: is cum tormenta illic firmaſſet, cœpta eſt oppugnatio. Intra urbem erant tria præter propter Leodii militis millia, ſub imperio fortiſſimi cujuſdam Baronis: ejuſdem qui pacem tractaverat anno præcedente, cum acies noſtræ eis occurriſſent, ut ſupra diximus. Tertio ab obſidionis initio, die, Leodienſes ingenti multitudine, (triginta millia perhibebantur, tam boni quam inertes, pedites plerique, nec ultra quingenti Equites.) magnaque copia tormentorum ſuccincti, adfuere eam ſoluturi: Decima matutina hora erat, cum in pago quodam bene munito, dimidio à nobis miliari, Bretan nomine, cinctoque paludibus, conſedere. Erat inter eos Franciſcus Royerius, Ballivus Lugdunenſis, tum Regis ad ipſos legatus. Rumor illico

in

in noſtra caſtra adfuit. Sane confitendum eſt inſigni noſtrorum vecordia ſpeculatores equites non fuiſſe diſpoſitos circa caſtra: neque advenientem hoſtem ſenſimus, niſi pabulatoribus, ab eo in fugam conjectis, nunciantibus. Nullibi Duci Burgundiæ affui, ubi eum bene ſuo ductu militem ordinare viderim, præter hoc loco. Omnes extemplo acies campo immiſit, paucis exceptis, quos ad continuandam obſidionem reliquerat, quorum quingenti aut ſexcenti Angli erant. Vtroque pagi latere mille ducentos cataphractos diſpoſuit, ipſe è regione ejus conſiſtens, paullo cæteris remotius, cum octingentorum cataphractorum globo, accedente peditatu electiore ſagittariiſque, & cæterorum equitum agmine. Ravenſteinius, Dux ejus, cum prima acie, omnes pedites, nam & eques deſcenderat, cum parte ſagittariorum, & tormentis nonnullis, ad uſque foſſas hoſtium acceſſit: quas illi præaltas amplaſque, aquis etiam plenas, aſſederant. Illinc ſagittis, teliſque aliis, & tormentorum ictibus depulſi ſunt, præſidia ſuperata, & tormenta capta. Inter hæc, cum noſtris aliquando ex voto res non ſuccederet, rediere animi Leodienſibus: contiſque prælongis, ſeu ſariſſis, ſagittarios noſtros, quique eis aſſiſtebant impulerunt: uniuſque aciei interemere ad quingentos milites, jamque omnes noſtrorum cunei tremere incipiebant, & inſtar habere

bere jam fugitivorum : cum à duce ſummiſſi ſunt aciei ſuæ Sagittarii, quorum primores erant Philippus de Crevecorus, Eordæus, vir prudens, aliique generoſi viri: qui ingenti virtute, accenſus velut conſcientia magnanimitatis, mentibus, in hoſtem invecti ſunt, eoſque uno momento profligaverunt. Equites, de quibus dictum eſt, ad latera pagi utrinque diſpoſitos fuiſſe, nihil poterant hoſtibus damni facere, neque adeo Carolus ipſe ex eo, quo conſtiterat, loco, ob interjectas paludes: verum illuc conſtituti erant eventus dubii gratia : ſi forte pulſis noſtris foſſas tranſgreſſi hoſtes fuiſſent, ut in planitie ſe ſequentibus objeciſſent. Illi vero jam fugiebant quam longæ paludes erant : neque erat qui inſtaret, extra pedites. Dux quidem de ſua acie nonnullos eo Equites miſerat, qui inſequerentur, ſed ii opus habebant per ambages circuire paludes, ad duo fere milliaria, quo tempore nox ſuperveniens plurimis Leodienſium ſaluti fuit.

Alii ad obſidionem remiſſi ſunt, procul enim ex urbe tumultus audiebatur, & metuebat Carolus eruptionem. Et verum opinabatur, ter enim portis egreſſi, toties retro repulſi ſunt, neque ſegniter rem miles obſeſſus gerebat. Hoſtes vero noſtri, cum jam acie pulſi eſſent, recolligere agmen ad impedimenta ſua cœperant, ſed parum ibi commorati, etiam illinc pulſi ſunt. Novem circiter millia

occu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

occubuere, qui ſane prudentibus non exiguus numerus videtur: vulgi autem conſuetudo eſt augere copiam mendacio, ut poſtquam ego rebus interfui, nullibi fere vidi non per jactantiam unius vicem centum nominari: in gratiam quidem Principum, qui damno ſuo nonnunquam talibus fictionibus fidem adjiciunt: certum tamen eſt noctem plurimos texiſſe, citra quam intra quindecim millia utique non periiſſent. Victoria parta, quoniam jam nox incubuerat, Dux cum omnibus cæteris copiis rediit in caſtra, ſolis mille ducentis equitibus exceptis, qui ultra duo milliaria hoſti inhærebāt, quibus quid impedimento fuerit, ſupra dictum eſt: neque ſic ii magnum quid effecere, noctis ſuperventu, niſi quod, nonnullis occiſis, alios quoſdam captivos adduxerunt. Major autem fugientium pars in civitatem ſe recepit. Eo die optime, ordinibus conſtituendis, & milite in aciem locando, nobis adfuit Contæus, qui paucis poſt in oppido Huzio, placidoque & optabili fine dies ſuos clauſit. Fuerat fortitudine & ſapientia vir nobiliſſimus, ſed cruentæ illi ſententiæ de interimendis obſidibus, de qua ſupra eſt actum, non diu ſuperfuit. Carolus, cum primum arma poſuiſſet vocato Secretario, litteras ad Coneſtablium alioſque, qui quatuor ante dies cum eodem Lovanio diſcedenti adfuerant Legati Regis,

ti Regis, exaravit: certos eos de victoria ſua faciens, ſimul orans, nequid in Britannum tentaretur. Paucis à conflictu hoc diebus jam non mediocriter fracta erat pervicacia ſtolidi hujus populi, & quidem non admodum magno detrimento accepto. Verum quicunque fuerit, nemini ſuaſerim, dum vitari poterit ullo modo, res ſuas diſcrimini conflictus reponere.

Quippe ob parum aliquid hominum quod tali congreſſu quis amiſerit, virtus vireſque cæteræ omnes, plus quam credibile eſt, flacceſcunt, tam exiſtimatione hoſtium, quibus ante terrori erant, quam contemtu Imperatorum, quique iis intimiores adſunt. Miles ipſe molitiones occultas ſubibit, poſcet audacter palam, quæ prius nec in mentem ipſi veniſſent, & iraſcetur, minabiturque, non impetratis quæ velit. Sumtibus triplis opus erit ad ea, quæ ſimplicibus ante conſtiterant. Si vero ſapiet qui tali aliquo infortunio fuerit percuſſus, nullum periculum cum his poſt ſubibit, qui ſemel fugerint: ſed tenebit ſe tutum in præſidiis ſuis, quæretque objicere ſuis aliquid facile ſuperatu, ut victoria qualicunque etiam amiſſa confidentia militi reſtituatur, timorque fugetur. Certe infinita mala ſequuntur prælio victum, nec facilia corrigi. Verum tamen eſt quærendos cõflictus iis qui negotia ſuſcepta conficere properant, quique peditibus probis abundant, melioribus quam vicini, hoc eſt,

u

ut hodie fortuna vertitur, Anglis aut Helvetiis. Nec hæc dico contemtu cæterarum nationum: ſed hos conſtat illuſtriſſimas obtinuiſſe victorias: & ita ingenia horum ſunt, ut ægre poſſint trahere expeditiones, quin in pugnam educantur, quod contra eſt Italis & Gallis, qui ſunt acutiores, & meliores ducere rem. Contra hæc, qui acie ſuperaverit, exiſtimationem ſuam magnopere augebit apud omne hominum geuus: libentius alacriuſque ipſi parebunt omnes ſubditi: Quicquid petet, hac gloria conficiet: miles ipſi ad cætera omnia promtior erit & fortior. Tamen & hoc genus poſt res ſucceſſas ſæpius faſtu & inſolentia ludum perdit: quod licet mihi viſis perſpectiſque exemplis confirmare: Moderatio autem victoriæ & uſus, ut ipſamet, ſola Dei benigniatte conferuntur. Qui Santoniæ obſidebantur, cum viderent ſuos ſuperatos, ſeque circum undique ab hoſte cinctos, opinantes majorem eſſe cladem, quam quæ erat: dedidere civitatem, poſuere arma, decemque lectos à Carolo homines, ipſius arbitrio permiſere: quos ille capitali ſupplicio affecit: erantque inter hos ſex de numero obſidum qui paucis ante diebus fuerant dimiſſi, talibus quidem conditionibus, ut ſupra memoratum eſt. Sic exercitum Tungros tranſtuit, jam præſtolantes obſidionem: tamen civitas nullius firmitudinis erat: &, priuſquam tormenta ſentirent, cives paribus

conditionibus ſe nobis tradiderunt, datis quoque pariter decem hominibus, inter quos & ipſos quinque vel ſex eorumdem obſidum offendimus. Omnes, ut priores, ſupplicio affecti ſunt.

Cap. III.

Ut, cum quidam civium Leodienſium dedere civitatem vellent, alij eamdem defendere, Hymbercurtius invenerit quo pacto aſtu eam, nomine Ducis Burgundiæ intraret.

HInc ad Leodium ſigna movit Carolus: cujus urbis cives grandi tumultu rerum diffidebant. Pars tenere & defendere civitatem volebant, dicentes, ſatis ei rei copiarum intus eſſe: præcipue hujus conſilii erat Baro quidam, nomine Raſius de Laitre. Cæteri contra, cum agi & ferri omnem circa regionem cernerent, preferebant pacem, qualibuſcunque etiam conditionibus. Sic propinquante urbi Carolo, occultis quibuſdam indiciis, de pace, per humilimos homines, ut captivos, & hoc genus, civibus ſpes datæ ſunt. Principes hujus negotii erant quidam ex iis qui paulo ante obſidum nomine apud nos fuerant, nuper interemtis contrariam ſervantes ſententiam, gratique ob beneficium à Duce perceptum. Hi ad nos produxere trecentos viros, pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ceres urbani populi, ſolis lineis induſiis tectos, nudis tibiis, nudoque capite: tali habitu offerebant Carolo claves civitatis, dedentes ipſi, ſeque, & omnia ſua, nihil excipientes, præter ignem & direptionem. Eo die nobiſcum erat, nomine Regis Legatus, Dominus de Movy, cum ſecretario quodam ejuſdem, Iohanne Prevotio: qui advenerant paria iis poſtulaturi, quæ per Coneſtablium paucos ante dies Rex propoſuerat. Sic compoſitis rebus ſine impedimento ſtatim urbem intrare concluſerat Carolus, eoque fine Hymbercurtium præmiſerat, quippe qui optime omnibus civibus notus, neminem non viciſſim noverat, aliquot annis, dum pax integra foret, nonnullorum negotiorum inibi procurator.

Tamen introitus ipſi tum negatus eſt, coactuſque de via devertere in Abbatiam quamdam, ſitam non longe ab una portarum: comitatus erat circiter quinquaginta cataphractis, aliiſque, ad numerum ducentorum militum, pugnæ idoneorum, quorum & ego pars eram. Dux ipſe nuncium miſit, ne moveret ſe abinde, ſi pararet ſecure ibi eſſe poſſe: quod ſi locus ea firmitate non eſſet: ad eum retrocederet, via enim non erat, ut ea ipſi ſuccurri poſſet, tota quippe rupibus obſita. Hymbercurtio placuit neutiquam inde decedere, erat enim munitiſſimus locus, ſecumque retinuit ſex ſeptem notæ fidei

homines ex iis qui ex urbe prodierant, eam Carolo tradituri, ut illis uteretur, modis poſt narrandis, cum nona in noctem hora eſſet, audivimus tintinabulum moveri, ad cujus ſonum coire cives conſueverant. Metuebat ad hujus motum Hymbercurtius, ne advenirent nos aggreſſuri, noverat enim optime Baronem Raſium de Lairre, alioſque intus plures paci omnibus modis infeſtos eſſe: quæ ejus ſuſpicio vera atque bona erat, hoc enim conſilii ceperant, & jam in eo erant, ut profilirent porta: Dixit itaque ſuis: ſi occupare aliquo negotio objecto homines poſſemus ad mediam uſque noctem, plane voto nos potituros arbitrarer. Tum enim feſſi fatigatique erunt, & dormiendi capientur deſiderio: interim qui contra ſunt pacem, effugient, animadvertentes ſpe ſe ſua fruſtratos eſſe. Vt hoc aditus fieret, duos civium prædictorum in urbem ablegavit, ſcriptos ipſis dans nonnullos futuræ pacis articulos, ſatis civitati commodos. Hoc moliebatur ſolum ut tempus protraheret, colloquendi & conſultandi eis materiam objiciens: habebant enim moris, ut nunc quoque obtinent, in Palatium Epiſcopale omnis plebs concurrere, cum quid dignum conſultatione obvenerit: eoque convocantur ſono illius tintinnabuli, quod illic eſſe ſupra notavimus. Sic duo noſtri legati, qui fuerant inter melioris animi obſides, accedunt portam (via quippe longinqua

ginqua non erat , ad alterum ſagittæ jactum,) ubi magnam multitudinis vim in armis offendunt: Pars volebant nos aggrediundos, pars vetabant. Noſtri clara voce civitatis magiſtro indicant , portare ſeſe ſcriptas , ex eorum parte bonas , res quaſpiam , miſſos ab Hymbercurtio , vicario Ducis Burgundiæ in tota hac tractatione; Conſulte facturum ſi ad Palatium eas auditum populus coiret. Statim audivimus indicem rei ſonum tintinnabuli, quo cognovimus occupatos eſſe in audiendis legatorum ſcriptis. Ipſi ad nos non redierunt, ſed ab horæ unius porro ſpacio majorem priore tumultum ad portam percepimus.

Tum , periculi propinquitate animadverſa, quæ ſane accreſcebat raptim , ſubmiſit quatuor illos reliquos cives, inſtructos litteris in hanc ſententiam. Seſe, nomine Ducis Burgundiæ, deſignatum civitati gubernatorem, ideoque minime conſenſurum perditioni ejus : non diu enim eſſe , cum ipſe velut civis ejuſdem fuerit, aurifabrorum collegio ſociatus , cujus etiam inſignia veſtitu prætulerit: itaque optime facturos ſi ipſius potius quam cujuſpiam alterius verbis fidem adhibeāt. Summa, ſi ad pacis vellent bona pervenire, regionemque & civitatem imminenti exitio ſubtrahere , oportere ut ea facerent, quæ præſentibus litteris eſſe comprehenſa conſpicerent, ita tamen ut urbi prius ipſum committerent. Hos quatuor homines opti-

me ad rem pertinentibus rebus inſtruxerat: qui illico progreſſi ad portam, apertam eam offenderunt. Pars urbani vulgi, aſperis minacibuſque verbis eos excepit, alii audienda quæ ferrent, conſuluerunt; Sic retroceſſere ad palatium. Extemplo denuo ſonum concilii audivimus, non ſine ſumma exſultatione: tumultuſque ante auditus plane conſedit: reapſe diu admodum commorati ſunt in Palatio, & ad duas ipſas ultra mediam noctem horas. Ibi concluſum eſt, pace jam inita ſtaturos cives, primoque mane unam ex portis Hymbercurtio tradituros, quo facto, illico ex urbe Raſius profugit, cum omnibus ipſius ſententiam ſequentibus. Non tot verbis huic negotio immoratus fuiſſem (nam res ipſa paucis poterat abſolui) ſi non voluiſſem demonſtrare, ſæpius tali dexteritate & promptitudine, quæ ingenio procedunt acuto, & ſubactis ſenſibus, magna pericula, damna, & adverſitates evitari poſſe. Sequenti mane, cum exortu ſolis adfuerunt plurimi obſidum, nunciaturi Hymbercurtio, poſtulare cives ut in Palatium ipſe veniret, quo univerſum vulgus coiſſet, ibique juramento confirmaret duos articulos, de quibus in metu populus eſſet: qui erant de igne, & direptione: poſthæc ipſi tradituros eſſe unam ex portis. Ille rei indicium Carolo fecit, acceſſitque eos, & juramentum præſtitit: mox reverſus ad portam, deſ-

cendere

cendere juſſis qui præſidio tenebant è civibus, in eam admiſſus eſt. Extulit inde ſtatim vexillum cum inſignibus Burgundiæ Ducis, duodecimque cataphractos, & ſagittarios non paucos, cuſtodiæ impoſuit. Hinc ad aliam portam progreſſus, quæ muris incluſa erat, eam Spurio de Burgundia commiſit, qui eo loco agminis partem ducebat, tertiam aſſignavit Mareſchallo Burgundiæ, quartam nonnullis de nobilitate, qui cum ipſo advenerant. Ita quatuor portæ optime munitæ ſunt milite Burgundo, Duciſque vexillis deſuper exornatæ. Sciendum, ad hæc melius capienda, eo tempore Leodium unam potentiſſimarum civitatium fuiſſe, principemque, à quatuor aut quinque, omnium propinquarum regionum, maximeque populoſam: Tum vero ex vicinia undique tanta hominum multitudo in eam confluxerat, ut agnoſci nullo modo poſſet damnum, quod prælio victis illatum fuerat. Nihil opum copiarumque omnis generis civibus deerat; erat tum propinqua hyems, ingenteſq; pluviæ, ut majores irruere non poſſent. Regio ipſa natura ſua tam mollis & uliginoſa ut non poſſit magis: adhęc ex noſtra parte victui & ſtipendiis neceſſaria prorſus defecerant: etiam copię velut jam diſſolvendæ, neque Carolo animus erat ad civitatem obſidendam, neque, ſi fuiſſet, rem potuiſſet aggredi; tantis rerum omniũ anguſtiis. Quod ſi duos ſolos dies deditionem

protuliſſent, ea, qua venerat, via, receſſiſſet.

His conſideratis licet expendere maximam gloriam hoc rerum noſtrarum ſucceſſu debitam Hymbercurtio: cujus effectus ſola Dei gratia ipſi datus eſt, contra omnem rationem humanam: neque ipſe voto ſibi poſcere tantum boni auſus fuiſſet, quantum ſupervenit. Quantum homo judicare poſſit, omnem hunc honorem, eumque ſequentia bona Deus ei largitus eſt, ob pietatem & clementiam animi quibus paullo ante uſus fuerat in dimiſſione obſidum conſuadenda, uti ſupra recenſuimus: quod repetere hoc loco juvat propter morem principum, qui pœnitentia ſeſe affligere ſolent, & de nimia indulgentia queri, cum alicui gratiam aliquam fecerint, cauſſantes, ipſis eam rem male expetere & oportere aliis caſibus cautiores & adſtrictiores ignoſcendi eſſe, aut quicquid ejus generis mitioris ſententiæ cuipiam indulſerint: cum officium contra ipſorum rigorem ſtrictum expoſcat. Meo animo prorſus male hoc dictum ſit proceduntque talia corde futili & minime magnanimo, ſiquidem, ut loquuntur, ita & fecerint.

Princeps enim quilibet, vel aliquis vir alius, qui nunquam in vita deceptus fuerit, ſimilis ſit per omnia beſtiæ. neque notitiam, neceſſe eſt, habeat vel boni vel mali, quæve inter hæc differentia verſetur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

tur: & hominum porro non omnes eodem ſunt ingenio: igitur propter malitiam unius alteriuſque non omittenda ſunt beneficia erga plures, cum tempus & utilitas ea poſtulant. Certa ea perſuaſione ſum optimo judicio diſpiciendum, quales ſint homines quibus tale quid conferatur: omnes enim magnis benefactis digni non ſunt. Mihi vero res omnino creditu abſurda ſit virum cordatum poſſe ingratum eſſe ei, à quo grande aliquod beneficium acceperit. In hoc vero probe animus advertendus erit Principi, nam de ſtulti alicujus promotione nunquam ſtabile emolumentum proveniet: perſuaſumque habeo hoc elucere ſublime cumprimis & carum ingenium viri potentis, ſi norit homines virtute præditos, conſultoſque ſapientiæ eligere, quibus ſeſe cingat. Ita enim comparatum eſt in rebus mortalium, ut ſimilis opinione omnium habeatur iis, quibuſcum arcana ſua participat quiſque. Et, ut hanc diſputationem abſolvam, meo conſilio Princeps nunquam benefaciendo bonis laſſabitur. Vnus quippe ſolus, vel & minimus, horum, cui quis benefecerit, fortuna ferente, tali eam gratiam obſequio rependere poteſt, talique caſu gratitudinem ſuam declarare, ut uno officio omnem malitiam atque ignaviam cæterorum, qui contra fecerint, poſſit redimere. Cujus rei inſigne exemplum nobis præbent obſides iſti noſtri, quorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

partem audiviſtis bonam, & beneficia rependere ſtudioſam, partem malam protſus fuiſſe atque ingratam, & hanc quidem majorem illa. Non enim præter quinque aut ſex, de tanto numero, negotium ad votum Ducis Burgundiæ deduxere.

Cap. IV.

Ut Dux Burgundiæ Leodium intraverit, utque Gandavenſes, qui ante male eundem tractaverant, nunc ſeſe illi ſubſederint.

POSTRIDIE quam portæ noſtris erant traditæ, intravit civitatem Carolus, inſigni & triumphali pompa. Viginti cubiti de muro perrupti ſunt, foſſæque eodem ſpatio complanatæ. Cum ipſo introiere ad duo millia cataphractorum, armati omnibus armis, pedites, totidemque Sagittarii; & ſic tamen in caſtris plurimæ copiæ remanſerunt. Ipſe eques intravit ſtipatus ſatellitio ſuo, primoribuſque militiæ, ſplendidiſſime, ut poterat, quiſque exornatus. Hoc paratu recta ad ſummum urbis Templum proceſſit, ibique deſcendit. Et, ut rem abſolvam, aliquot poſt dies ibidem tranſegit, quibus capitali ſupplicio affecit quinque vel ſex eorum, qui inter obſides fuerant, interque eos Tabellarium Civitatis, quem magnopere oderat: Novas etiam leges, & ſtatuta quædam civibus

vibus ſcripſit: grandique tributo omnibus impoſito, cauſſatus eſt deberi etiam ampliora ſibi, ob præteritorum annorum ruptas pacificationes: omnia ipſis arma & tormenta ademit, omniaque præſidia & mœnia urbis deſtrui juſſit. His tranſactis omnibus, ad ſuas reverſus eſt ditiones, quibus omnibus inſigni gaudio & obſequio exceptus eſt; præcipue vero à Gandenſibus, qui, antequam cum exercitu in Leodienſes proficiſceretur, fere rebellaverant, junctis aliis nonnullis urbibus. Tum vero ut victor glorioſus ab his quoque receptus eſt, vexillaque omnia à primoribus civitatis ipſi prælata ſunt Bruxellas uſque, idque peditibus. Quod eo nomine faciebant, quia, cum poſt exceſſum Patris, Gandavum, primam omnium civitatum hæreditariarum intraret, perſuaſum habens ab hujus civibus amplius quam cujuſvis de cæteris, ſe amari, exemplumque ea in re hujus reliquas omnes ſecuturas, (quo in ultimo ſane vere conjecerat,) poſtridie ejus diei cives ſeſe omnes armati in forum contulerant, cum imagine ſancti cujuſdam, Levini nomine: quam ferentes pulſaverant domum minutam quamdam, Cuillettam vocabulo, in qua recipiebantur vectigalia nonnulla frumento impoſita, ad ſolvenda civitatis debita, quæ contracta erant duobus illis annis, quibus belligerati Gandavenſes

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

cum Philippo, Caroli patre, fuerant. Pulſata hac domuncula, clamorem extulerant, Sanctum illum ſuum tranſire illac velle, idque erecto ſtatu corporis, eoque nomine momento totam corruerant. Quod videns Carolus & ipſe in forum prodiverat, ut eos alloqueretur: Vbi bona pars primatum civitatis armati illum præſtolabantur, tranſeuntique ſe comites offerebant. Ille juſſit ad Curiam civitatis eos remanere: unde ſenſim à plebe in forum & ipſi propulſi ſunt. Tum ipſe eodem advectus, juſſit, Sanctum illum ſuum retro in templum reducerent. Pars, obſecundatura ipſi erat, pars vero prorſus negabat mandato obſequi. Tum quorumdam inter incolas nomina ei detulerunt, quarundam pecuniarum cauſſa. Promiſit juſtitiam adminiſtraturum. Cumque jam prorſus cerneret non poſſe eos devertere, rediit in hoſpitium ſuum, ipſis in foro relictis: ubi per integros octo dies commorari ſunt. Sequenti die ſcriptos ipſi obtulere articulos quoſdam, quibus omnia ab ipſo repoſcebant, ablata per bellum à patre, interque alia, ut ſingula opificum civitatis collegia ſua haberent vexilla, uti conſueverant, quorum ſumma ſeptuaginta duo faciebat. Metu periculi præſentis, aſſenſus eſt poſtularis, & privilegia quæ vellent, dedit. Cum primum aſſentientis vocem audiſſent, omnia illa vexilla medio foro firmarunt, qua ad id negotium jam

parata habebantur. Unde facile demonſtrarunt, etiam nolente illo, eadem prolaturos fuiſſe. Bona vero conjectura dixerat, reliquas urbes Gandavenſium exemplo facturas, cum in eam civitatem intraret.

Plurimæ enim cæterarum quoque rebellarunt, hanc ſecutæ, ita ut magiſtratuum cædibus, aliiſque maleficiis, rem ſancirent. Quod ſi proverbio patris ſui credidiſſet, dicere ſoliti. Gandavenſes amare conſueviſſe filium quidem Principis ſui, ipſum vero nequaquam, non fuiſſet deceptus. Et veritate rei, à Leodienſibus, non eſt inconſtantior hoc populo. Vno tamen negotio, ſecundum cæteram quidem malitiam ſuam, honeſtiores ſunt, quod perſonam Principis nunquam lædunt. Optimates etiam civitatis, & proceres, ſunt cordati bonique viri, & peſſimæ plebis vecordiam oderunt. Neceſſitas ſuaſerat Carolo diſſimulare hæc omnia, ne, cum in Leodios moveret, hoſtem domeſticum à tergo non relinqueret, & ita diſtraheretur viribus: verum diſpoſuerat apud animum, ſi victor reverteretur, optimis remediis eos ad ſanitatem reducturum. Et ita eventus fuit: namque, ut incepi dicere, vexilla illa ſua pedites ipſi prætulere Bruxellas, iſque, junctis omnibus privilegiis inſtrumentiſque, quæ ſigillo ſuo firmaverat priuſquam Gandavo exiret: Cumque Bruxellis magnum ptovincialium concilium

coactum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

coactum fuiſſet, quo & non pauci exterorum Principum legati aderant. pleno ſenatu, ea ipſi vexilla obtulerunt, cum cæteris omnibus privilegiis inſtrumentiſque, quæ extorſerant, ut quæ iis vellet, faceret.

Tum fæciales exercitus ipſius, vexilla, quibus affixa erant, haſtis detrahere juſſi ſunt: ipſaque miſſa ultra mare Boloniam, octavo à Caleſio miliari, ubi aſſervabantur & illa, quæ ſuperioribus bellis iiſdem Philippus, Caroli parte, cum ſub jugum victos miſiſſet, ademerat. Cancellarius autem Ducis ſuſceptis privilegiis ipſorum, hoc ſuſtulit abolevitque, quo de ſummo Civitatis Magiſtratu ſtatuebatur. Namque, omnibus cæteris Flandriæ civitatibus, Principi jus eſt annuatim mutare Magiſtratus, rationeſque adminiſtrationum ab eis capere. Gandavi vero, reſpectu hujus privilegii, non poterat, præter quatuor viros eligere, qui reliquos poſt crearent viginti duos numero. Sex enim & viginti prætoribus tota paret civitas. Hi magiſtratus civitatum cum Comiti Flandriæ favent, pace ea anno fruitur, quæque poſcit, facile impetrat: Si vero averſis in eum animis, plerumque turbæ ſeditioneſque ſuboriuntur. Vltra hæc Gandavenſes duci penderunt triginta & ſex millia florenorum aulicis ejus, coactique ſunt nonnullos de ſuis in exilium mittere: Cætera omnia privilegia

gia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

gia receperunt. Cæteræ omnes civitates facinora pecunia expiarunt: non enim contra Principem quicquam commiſerant. Atque his omnibus perſpicere licet bona victoriam ſequentia, pariterque incommoda victos. Quapropter non ſine ſumma rerum exactione aleæ res in pugnam committendæ ſunt: quod ſi neceſſitas tale quid intulerit, omnia prius perpendenda erunt ſapienti, quam ſummam diſcrimini ultimo commiſerit, idque non ſine metu fortunæ: Qui enim per metum quid faciunt, omnia agunt circumſpecte, ſæpiuſque rem ad votum expediunt, quam qui cum faſtu & arrogantia aggrediuntur: Quamlibet, quem Deus ſelegerit, eum ſequatur felicitas, nulla contra opera valente.

Leodienſes vero, de quibus tractatum ſupra eſt, jam quinque annos excommunicati fuerant, diſſidii cauſſa, quod cum Epiſcopo habebant: cujus rei nulla fere cura erat ipſis, ſed ſtolidam pervicaciam ſuam obnixis animis proſecuti ſunt, nec rationem furoris cuiquam reddere potuerunt: præter ſuperbiam, & arrogantiam. Cui rei dicere Rex Ludovicus, mea ſapientia, perbene, ſolebat: Ubi Faſtus & Elatio præcedunt, plerumque ignominia & detrimentum preſſo-pede ſequuntur. Ille quidem hoc crimine minime tangebatur,

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Cap. V.

Vt Rex confœderationem cum Leodienſibus ruperit, quo de cuſtodia in Caſtro Peronnenſi liberari poſſet.

SATIS largiter exſpatiati ad Regem in Peronenſi cuſtodia commorantem jam redeamus, edoctis lectoribus, quid uſu comperrum nobis hac in re videatur factu ſapientius. Portæ exituſque ejus civitatis ita uti dictum eſt per homines lectos duabus tribuſve diebus clauſi cuſtoditi ſunr: interea Regem Dux non acceſſit, nec de ejus famulitio permiſſum erat eumdem viſere, niſi admodum paucis, idque per oſtiolum minutum. Neminem quidem ſubmovit aulicorum Carolus, ſed ſolis ſuis, iiſdemque pauciſſimis, ad Regem introitus patebat, minime vero Conſiliariis Regiis, aut aliqua alioquin auctoritate præditis. Prima die miſerabilis metus & conſternatio totum oppidum habebat, rumore dira omnia fremente. Altera fervor Ducis non nihil remittere cœpit. Conſilium congregatum à maxima diei parte in multam uſque noctem ſuſtinuit. Rex omnes ſoliicitari faciebat in ſubſidium, quos ullo modo poterat, nec parcus erat pollicitationum. In id ad quindecim millia Coronatorum expendi juſſit, verum qui ei rei præfectus erat mala fide eam adminiſtravit, ut Regi poſt-

poſtmodum compertum eſt. Maximo hic opere timebat eos quos ante miniſtros habuerat, quoſque cum exercitu Burgundorum adveniſſe ſupra memoravimus, jam auctoratos Duci Normanniæ, fratri Ludovici. In Burgundi conſilio diverſæ opiniones diſceptabantur. Major pars fidem datam Regi ſervandam ſciſcebat, præcipue ſi in pacis articulos, ut ij ſcripro comprehenſi fuerant, conſentiret. Nonnulli captivum illum detineri volebant citra ambages, ut erat. Aliorum erat ſententia extemplo accerſendum eſſe Ducem Normanniæ, pacemque talem concludendam, quæ omnibus Franciæ principibus accepta utiliſque foret: Videbant hujus auctores, re ita definita, injecto velut fræno regis poteſtatem commode reſtringendam, quem & arctiori cuſtodia ſepiendum cenſebant, gnari tantum Principem, ſemel captum, niſi cum auctoritate teneretur, poſt offenſionem tam ingentem ſæviter vindicaturum. Hæc opinio tam parum aberat ut obtineret, ut jam pranſum paratumque viderim hominem itineri imminere, pluribus litteris inſtructum, ad Ducem Normanniæ tum in Britannia degentem, neque deerant niſi ſolius Caroli. Tamen conſilium hoc effectum non habuit. Rex oblationes ingentes faciebat, obſides Ducem Borbonium, cum fratre Cardinali, Coneſtablium alioſque plures nominans, ut pace concluſa liceret ipſi Com-

 pendium

pendium uſque abire, illico etiam factu-
rum ut Leodienſes damna data ex arbi-
trio Caroli compenſarent. aut ſeſe ip-
ſummet pro hoſtibus eos habiturum.
Quos obſides nominabat, ſeſe ipſimet ur-
gebant, certe palam, neſcio an pariter
privato conſilio, neque parum æſtimo
quin ſecus, quodque ſemel inde liberati
nunquam fuerint redituri. Tertiam hanc
noctem veſtitum non ponebat Carolus,
duabus tribuſve vicibus in lectulum cor-
pus declinabat, ſed ut mox ſurgeret, ſpa-
tiareturque per conclave, uti animo tur-
bato moris habebat. Eam noctem unc
cum ipſo cubiculo dormiebam, deambu-
lantique ex intervallo comes ibam, Mane
orto majore quam unquam iracundia fuit
minis ingentibus fremens paratus ma-
gnum aliquid conficere; tamen eo conſe-
dit fervor, ut ſi Rex jurare pacem, & co-
mitari ipſum ad pœnas à Leodienſibus ſu-
mendas, ulciſcendumque propinquum
Regis, Epiſcopum ipſorum, vellet, res
componi poſſet. Hoc concluſo ſubito pro-
diit ad Regi in cuſtodia ſignificandam
ſententiam. Regi non defuit amicus præ-
monitor, de cætero ſecurum animum ha-
bere jubens, modo in hæc duo aſſentire-
tur; ſecus in ſummum quod metuere poſ-
ſet periculum ſe conjecturum. Cum in
præſentiam ejus veniſſet, vox Duci tre-
mebat, tantum concitatus erat, & ad ira-
cundiam paratus. Humilem habitum cor-
pori

poris præferebat, ſed voces & geſtus aſperi erant, ita interrogavit Regem an pacis tractationem ratam habere, ut ea ſcripto tradita, & in eam conſenſum fuerat, & jurejurando firmare vellet. Rex citra ambages velle reſpondit. In veritate nihil inibi innovatum erat ab eo quod ad Lutetiam placuerat, quo ad Carolum quidem, ducemque Normanniæ, Regem autem, plurimum. Nam erat præſcriptum, renunciaret Ducatu Normanniæ, caperetque ejus vicem Campaniam, Brienſem, aliaſque regiones vicinas, in partem hæreditariam. Ad hoc rogabat Carolus, placeret ne comitari ipſum Leodium, ad ulciſcendum ſcelus quo læſerant ipſum, adventu Regis incitati: recenſuit hinc propinquitatem ſanguinis, quo Ludovicum Epiſcopus contingebat, Borboniorum quippe domo oriundus. Reſponſum à Rege eſt poſt juratam pacem, ut cuperet, volentem ipſi eo comitem iturum, comitatu quam grandi parvove Duci videretur. His verbis apprime gaviſus eſt Carolus, extemploque articuli pacis allati ſunt, deque Regia ſupellectile deprompta aurea Crux, Carolo Magno quondam geſtata, quam Victoriæ appellabant, ſicque Pax jurejurando firmabatur; Hoc facto omnes per civitatem illico campanæ compulſæ, hominumque incredibilis lætitia excitata eſt. Alio poſt loco Regi placuit honorem mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

dicto bene geſtæ rei in hac conventione tribuere. E veſtigio in Britanniam negotii ſucceſſum Dux, miſſo exemplari pacificationis, nuntiari fecit, qua quidem in ſocietate principum ipſe permanebat. Sic hæreditatem luculentam adipiſcebatur frater Regis Carolus, comparatione quidem eorum quæ in Britannia convenerant, qua compoſitione præter annuum aliquem reditum pecuniarum ad eum nihil pertinebat.

Cap. VI.

Ut ad bellum cum Leodienſibus Ducem Rex fuerit comitatus, quibus antea ſocietatem junxerat.

PACE, quod dictum eſt modo, concluſa, perendie recta profecti ſunt Cameracum, inde in territorium Leodienſium. Erat hiemis initium, peſſimaque aër tempeſtate, Regem comitabantur corporis cuſtodiæ, Scoti, paucique de nobilitate Gallica, ſed accerſivit in ſubſidium trecentos Cataphractos. Exercitus Dux bipertitus erat, Alteram aciem ducebat Mareſchallus Burgundiæ, de quo ſupra facta eſt mentio, cui inerant Burgundi omnes cum Nobilibus Sabaudis, cum magno numero militis Luxemburgici, Namurcadi, Hannonici, & Limburgici. Alteræ præerat Dux ipſe. Cum prope civitatem hoſtium

hoſtium ventum eſſet, convocavit conſilium Carolus, Viſum eſt nonnullis alteram copiarum partem retromittendam eſſe, cum Leodienſibus muri & portæ præterito anno proruti everſique eſſent, neque aliunde ſpem auxilii haberent, accedente præſentia Regis, qui in Caroli emolumentum contra ipſos omnia judicaturus haberetur. Duci aliter tum viſum, nec ſine ſubſecutura gratulatione, neque enim alio loco propinquior ſummæ cladi fuit quiſquam; ſuſpectum habebat Regem, quæ res ipſum ſapiente hoc conſilio inſtruxit, ut pati non poſſet affirmantes nimis ipſi copiarum adeſſe. Sane contrarium ſentientes magna vel arrogantia vel ſtultitia fuere, quibus obnoxios paribus rebus multos vidi militares alios Primores, uti videlicet opinionem audaciæ ſibi conficerent, vel defectu prudentiæ, in gerendis rebus perſpiciendis; quos quidem parum morantur Principes, ſi qui cor habent. Hoc negotium doctiſſimus erat Rex noſter, felicis memoriæ; timidum enim & ſollicitum agebat in rebus aggrediundis, cæterum ubi quid ſuſceperat, tum perſpicaciter omnia providebat ut rariſſime non deſtinatum finem tangeret, potireturque optato eventu inimicorum omnium ingratiis. Sic definitum eſt ut dictus Burgundiæ Mareſchallus cum copiis ſuis univerſis protinus civitatem inimicam intraret, quod ſi negaretur aditus, vi rem

conficerent, ut poſſent. Iam hinc inde Leodienſium nuncii ibant, quærentes componere diſſidium, cumque Rex & Carolus Namurcum venirent, legati eorum ibi erant, ſed adventu principum retrogreſſi ſunt. Cum prope urbem appuliſſet exercitus, fatua plebs obviam ſe effudit, ſed nullo negotio disjecta eſt, non paucis interfectis; cæteri retulerunt ſeſe, quo tumultu elapſus Epiſcopus ipſorum ad nos pervenit.

Erat in civitate Legatus Pontificis, miſſus ad cognoſcendam componendamque cum Præſule populi litem, quorum iſti erat ſacris jampridem interdictum, ob ea quæ ſupra recenſita ſunt. Hic Legatus excedens commiſſam ſibi poteſtatem, ſpemque fovens ſeſe Epiſcopali cathedra potiturum, favebat civibus, eoſque ad capienda arma inſtigabat defenſionem neceſſariam jactans, cum aliis minime prudentibus conſiliis; re vero ita vertente fuga evadere voluit, Captuſque mox cum quinque & viginti equitibus ſplendide inſtructis, quod cum Burgũdo relatum eſt mandavit qui ceperant ut in locum tutum hominem tranſveherent, atque ut mercator argentum quod poſſent extorquerent, diſſimulato ſuo imperio, nam ſi palam foret conſcium ſe captivitatis, videbat retineri non poſſe, ſed in reverentiam ſedis Apoſtolicæ libertati reſtituendum. Non poterat hoc confieri, altercantibus inter ſe

capto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

captoribus, & publice ad prandium Carolo venere nuntiatum, qui partem emolumenti vindicabant, quapropter miſſis ſatellitibus in ſuam eum poteſtatem recepit, ereptum diſceptantibus; reddique omnia ei ablata juſſit, neque vulgari eum honore affecit. Ingentes hæ primæ aciei copiæ, quas Mareſchallus Burgundiæ cum Hymbercortio ducebant, recta ad urbem tendebant, illico intraturas ſeſe confiſi, avaritiaque inducti diripere malebant univerſam, quam de ulla compoſitione audire, licet offerrentur conditiones. Sic neque exſpectandum Principum ſuperventum rati (qui ad ſeptimum octavumve milliare ſequebantur) tantum properabant ut ad noctis initium ſuburbiorum unum inirent, recta quidem contra civitatis portam, quam ut potuerant populus inſtauraverant. Colloquio habito, nihil pacificum concluſum eſt: Nox bene obſcura deprendit incertos hoſpitiorum, neque ſpatia divertendi invenientes, & perdito ordine palantes. Pars ſpatiabantur per plateas, alii Duces, ſocios, præfectoſque inclamabant. Ioannes Villetrius aliique Leodienſium Tribuni militares hanc futilitatem conſpicati, animos erexere ad magnum aliquid audendum, quibus commodum non leve præſtabat Vrbis incommodum maximum, proruta nimirum mœnia; poterant enim undecumque vellent in hoſtem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

prodire. Ita per ruinas & rudera progreſſi primores copiarum à fronte, lixas autem & militaria miniſteria, ad caput ſuburbii, ubi intraverant, magno numero equos curantia, per vineas & colliculos improviſi incurrebant, quorum & magnam cædem fecere: ingens turba fugiebat hinc inde, pudorem tenebris dementibus; tam ſtrenue Leodienſes iis inſtitere ut ſupra octingentos ceciderint, quorum in numero centum erant Equites cataphracti. Quibus in hac acie virtus erat major & conſilium promtius, denſato agmine, Vexillis ſigniſque erectis recta ad portam urbis contendebant, plerique omnes nobiles, armiſque incluti viri, metu ne illinc erumperet hoſtilis multitudo. A continentibus imbribus humus erat perquam cœnoſa, laminæque luti militum pedes ſupra talos tegebant, Equiteſque omnes pedibus aſtabant. Semel univerſa plebis colluvies ejicere ſe urbe ingenti clangore coruſcationeque facium tendebat; noſtris ex adverſo quatuor tormenta ænea erant, quibus per longum plateæ tribus quatuorve vicibus exoneratis ſtragem magnam faciebant, quo adacti clauſis ſunt portis recedere à ſuburbii incurſu. Ex altera parte, qui eruperant, nonnullos currus carrucas nacti, cum prope civitatem eſſent, illis ſeſe obmunivere, ſatis equidem miſere, ad ſextam enim matutinam ab altera à media nocte hora ilſic delituere; Exorto autem jubare, ut conſpecta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſpectu mutuo res geri poterat, retropulſi ſunt, quo in conflictu Dux ipſorum Ioannes Villettius vulneratus eſt, quo ex vulnere tertia poſt die intra civitatem exſpiravit, cum uno alteroque de cæteris Præfectis.

Cap. VII.

Ut Rex & Dux, cum univerſo exercitu reliquo ad Leodium ipſe venerint.

ERUPTIONES ex obſeſſis civitatibus, uti nonnunquam non inutiles videantur, neceſſariæque adeo clauſis intra mœnia, ita raro non ſunt periculoſæ iiſdem: Decem enim homiuum damnum, magis noxium eſt his, quam obſidentium centum, ingens enim numeri diſcrimen eſt, neque obſeſſis ſufficere amiſſis integros datur, & ſic perdere poſſunt Ductorem aliquem, cujus imperio nudata præſidia, nihil quærant, niſi relinquere civitates. Terror hujus conflictus ad Caroli uſque caſtra pervenit, qui ad quintum milliare ab urbe tum conſederat. Prima rei facies cædem univerſæ primæ aciei porrabat. Ille tamen illico itineri ſe dedit cum totis ſuis copiis, vetito ne clades Regi enuntiaretur. Cum ex altera parte prope civitatem veniſſet, alii venere indices, omnia bene habere affirmantes, neque tantum occiſorum numerum eſſe, quantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

putaverant, deque illuſtribus viris nemi-nem deſiderari præter Equitem unum Flandrum, Baronem Serginium, non eſſe tamen extra grande periculum atque la-borem, quicunque meliorem copiarum partem facerent: totam enim noctem conſtitiſſe in paludibus, juxta portam ip-ſam hoſtilem, & peditum disjectorum bonam partem ita animos ex fuga remi-ſiſſe, ut nequaquam exſpectari ab ipſis in-gentia facinora poſſint, utque per omnia ſibi cara aditum accelerarent, ut in diver-ſa urbis defendendæ loca diſtrahatur mul-titudo, quæ uno illis modo immineret; ad ſummam ut & de apportandis victui ne-ceſſariis curarent, ipſis enim nec fruſtum unum panis ſupereſſe. Dux trecentis ex-peditis equitibus ſummo ſtudio properare juſſis, quantum cibi poterat, ſubmitte-bat illico; duos jam dies cum nocte una famem toleraverant, neque potus erat co-pia, niſi ſi qui utriculis quippiam ſecum portarant, inſuperque tempeſtas atrociſſi-ma, neque ulla ratione illac urbem intra-re potuiſſent niſi ex altera parte Carolus negotium multitudini faceſſeret. Vulnera-ti inſuper erant multi, interque eos Prin-ceps Auraicus, quem pene nominare præ-terieram, qui virtutis ſuæ egregia tum do-cumenta dedit, neque unquam ſtatione ſua ſe movere voluit. Pariter bene rem geſſere Launæus, & Vrſeius, præclara vir-tute viri; Præterita nocte amplius duo homi-

hominum millia aufugerant. Iam veſper diei erat cum indicium memoratum Carolo allatum eſt, iſque miſſis, quos dixi, illico ad Vexillum ſuum prodiit, totam rem Regi nuntiaturus. Rex mutato malo nuntio apprime gaviſus eſt; eventus enim ſequior ingenti ipſi incommodo eſſe poterat. Mox raptim ſuburbiis copiæ admotæ ſunt, Equites cataphracti cum ſagittariis, relictis equis, juncti denſatis cuneis ea occupatum ibant; Primi diverſoria tenuerunt Naturalis Caroli frater, Spurius, uti appellabatur, de Burgundia, cui magnatum rerum in exercitu adminiſtratio credebatur, Baro de Ravenſtein, Comes Roſſius, Coneſtablii filius, cum aliis viris fortiſſimis & nobiliſſimis. Nullo negotio hoſpitia in ſuburbio illo capta ſunt ad uſque portæ confinita, quam uti alteram, de qua dictum ſupra, pro copia inſtauraverant cives. Dux in medio ſuburbii conſedit. Rex noctem iſtam in ſuburbano quopiam, amplo & bene ædificato ad quartam ab urbe milliaris partem commoratus eſt, circumcinctus grandi tam ipſius quam noſtrorum militum numero. Situs civitatis e vallibus & collibus conſtat, regione perquam fertili, mediamque tranſit Moſa fluvius: amplitudine parem Rothomago dixerim, tum quidem mirifice frequens habitabatur. A porta, quam noſtra acies adſidebat, ad alteram uſque, quam prima te-

ne-

tenebat, per civitatem ituro via erat admodum brevis,extra autem oppidum circuitus ad tria milliaria habebat, tantum intererat anfractuum & interruptarum viarum, & jam hiemale ſidus omnia tenebat. Muros habebant Oppidani prorſus dirutos, erupturiſque undique viæ patebant per ruinas, qua vellent exire, perparuum prætendebatur vallum, nam foſſas petrarum rupiumque, quæ mœnibus pro fundamento fuerant, aſperitas nullas admittebat. Adventus Principis prima illa veſpera magno ſolatio ſtatim primæ aciei fuit, coactis hoſtibus dividere vires, ad duabus partibus rem tutandam. Media nocte ingens repente tumultus nos concuſſit; Carolus illico in plateam evaſerat, neque diu poſt ſupervenere Rex & Coneſtablius, feſtinationi ſummæ nihil reliquum facientes. Hi clamabant, hac porta prodire hoſtes, illis metus atque horror nocturnus alias vociferationes dictabat: tenebræ tam ſpiſſæ, tamque tempeſtas maligna erant, ut ad timore omnia percellenda factæ viderentur. Duci non deerat animoſitas, ut nec unquam, aliquando tamen conſilium, & ordinandarum rerum proſpicientia; Et ut dicam quod res eſt, deſiderabant ſolitam in eo multi cordati homines virtutem & conſtantiam, cum in Regis res ageretur præſentia. Is tum imperium velut vacans ſumebat ſibi, auditæque ſunt voces jubentis per exercitum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ut Coneſtabilem cum monuit quos haberet milites, ad illum locum traduceret, utique enim inde venturum hoſtem, ſiquidem eſſet. Qui vidiſſet geſtum, & vocem audiiſſet imperantis, Regem ſummæ virtutis facile æſtimaſſet, prudentiſſimumque quique non tum primum tantarum rerum expeditioni adeſſet. Tamen effectu tumultus caruit, reverſique in ſua ambo ſunt Principes hoſpitia. Altero primo mane Rex & ipſe ſuburbium intravit, divertitque in domunculam quampiam ſatis exiguam, proximam diverſorio Caroli. Aderat ipſi cuſtodia corporis centum ſatellites Scoti, reliqui Equites in propinquo vicum quendam inſederant. Dux animo erat anxio valde, ne vel urbem Rex intraret, vel ante eam captam effugeret, aut prorſus ipſi aliquod detrimentum faceſſeret, tam prope hoſpitium habens: itaque trecentos equites, florem ipſum familiarium ſuorum, in horreum clam collocavit quod ſolum, amplum ſatis, utriuſque diverſorium intererat. His mandatum erat diligentiſſime ſpeculari quid circa Regem ageretur, parieteſque effractos habere ut poſcente re promtiſſime erumpere poſſent. Octo continuos dies ita ibi inſumſimus, quorum ultimo urbs capta eſt, nec Carolo nec alio quopiam arma ponente. Veſpera ultimæ noctis conſilium initum eſt mane ſequenti hoſtem aggrediundi, is dies erat Dominicus, triceſimus Octobris

Anni

Anni cIɔ cccc LXVIII. Capta reddita-que indicia futuri aſſultus ſunt cum primæ aciei copiis, nimirum ubi tormenti unius ſonum, poſtque duorum grandiorum geminos audiviſſent, nullis ſequentibus aliis, audacter rem capeſſerent. Idem ex ſua parte facturum Ducem, horaque deſtinabatur octava matutina. Sub noctem præcedētem tum primum Carolus arma poſuit, omneſque idem agere præcepit, ut recreati viribus, firmiores in hoſtem venirent; præcipue idem juſſi ſunt trecenti illi quos in horreo ſtationem habuiſſe diximus. Eodem tempore, velut indicium ad eos delatum fuiſſet, oppidani eruptionem decreverunt ex noſtra parte obſidionis facere, uti ex altera pridem fecerant.

CAP. VIII.

Ut mirificam in Burgundos eruptionem Leodienſes fecerint, ubi Dux cum Rege ſummo interque periculo fuerunt.

HIc conſiderandum dicimus, quo pacto præpotens etiam fortiſſimuſque quis Princeps ſubito in magnum venire periculum, paucis contra hoſtibus, valeat, uti conſtet omnia conſilio diſpicienda, priuſquam res bellica effectui mandetur. In tota Urbe nec unus erat

homo

homo militaris, præter incolas accolaſque. Nullus ſupererat Eques, nullus ſtirpe manuve homo nobilis, quos paucos habuerant, præteritis diebus vel occiſi vel vulneribus debilitati aberant: non erant iis neque porta neque murus, neque foſſa præſidio, tormentiſque in univerſum ſpoliati carebant: nihil penitus præter civitatem tuebatur plebem urbanam, & octingentos ad ſummum pedites de proximis montibus pone civitatem, quæ regio Francimontium appellatur, ſemper quidem ſtrenuorum militum laude concelebrata. Sic omni auxilio deſperato (Rege quippe in hoſtilibus caſtris præſente) conclusere ingentem facere eruptionem, ſummamque rei omnem aleæ committere. neque enim interitus ſui incerti erant. Conſilium ipſorum fuit per ruinas murorum pone hoſpitium Caroli prodire quotquot apti eſſent ultimo conatui milites, qui erant ſexcenti Francimontani, auctore domino ædium in quas Rex diverterat, ut & earum quibus ſe Dux tenebat: Per rupis cujuſpiam cavernam nullo negotio ad principum diverſoria accedere improviſi poterant, modo nihil ipſi ſtrepitus facerent. Erant quidem vigiliæ nonnullæ tranſeundæ, ſed eæ nullo labore occidi poſſe videbantur: aut ſane pariter cum ipſis agmen ad locum deſtinatum venturum. Cum proditoribus hoſpi-
tibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſpitibus Principum, tranſactum erat, uti recta ad ædes ipſorum miles duceretur, neve ulla ratione alibi occuparetur, quo fieri poſſe ſperabant ut inopinantes opprimerent, priuſque quam quiſquam ſubſidio venire poſſet. Adhæc neque difficilem regreſſum futurum noto viarum compendio, neque invitis moriendum eſſe tantæ rei conamine, quippe qui viderent inevitabile undique imminere periculum. Inſuper deliberando concluſum eſt omnem debere plebem ea porta erumpere, quæ recta in longam illam plateam duceret, ubi noſtræ pleræque copiæ hoſpitabantur, quas grandi cum clamore invaſas disjici poſſe confidebant. Non deerat audacibus ſpes inſignis victoriæ, & ut peſſime res caderet, glorioſa morte occumbendum videbant. Quamlibet mille inſtructos milites & vincere aſſuetos habuiſſent, nil minus fuiſſet inſigne hoc facinus, quod audacia tamen ſua parum abfuit quin, ut erant, effectum darent. Vt concluſum itaque erat ſexcenti illi Francimontani per murorum rudera prodiere, nondum, uti exiſtimo, decima hora veſpertina. Vigilum pleroſque in ſtationibus ſuis conciderunt, inter quos tres Barones Burgundi de familia Caroli periere; quod ſi recta nullo ſtrepitu priuſquam quo tendebant edito, perrexiſſent, citra omnem difficultatem in ſuis ſibi ſtratis utrumque Principem confeciſſent. A tergo diverſorii Ducis tentorium quoppiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

piam fixum erat, quo utebantur Dux, qui nunc eſt, Alenconius, & Baro Cranius eodem contubernio. Eo contis trajecto famulum unum atque alterum peremerunt; hinc infeſtus per exercitum ſtrepitus obortus in cauſſa fuit ut nonnulli vel arma caperent, vel prodirent rem ſpeculaturi; tum relictis tentoriis ad Principum hoſpitia contendere. Horreum, quo à Duce clauſos trecentos milites dictum eſt, proximum erat iis domibus. ubi nonnihil conſtitere per perforatos ad repentinum exitum parietes haſtis hoſtem impetentes. Trecenti illi milites nobiles duas ante horas arma poſuerant, ut matutinæ urbis aggreſſioni firmiores intereſſent, itaque inermes plerique deprehenſi ſunt, non nemo tamen raptim arma ſumſerat ad Alenconii tentoria ſono audito. Hi per dicta foramina ingruentibus ſtrenue repugnabant, foreſque defenſabant, quo ſane uno Salus utriuſque Principis conſtitit; hoc enim impedimento factum eſt ut multis ſpatium daretur ad armis tegenda corpora, & in publicum proſiliendum. Cubabam eam noctem in cubiculo Caroli, quod exiguum ſane erat, ſociis duobus cubiculariis aliis: Supra nos ſtationem ſervabant duodecim ſoli ſagittarii, qui tum armis diſcincti alea ludebant: Satellitium alterum plurium cuſtodum corporis longe & ad portam ipſam urbis aberat. Ad ſummam aderat hoſpes cum cohorte

hoſtium, & domum ipſam jam oppugnabat, idque tam repente ut ſumma difficultate ſpatium nobis daretur armandi galeaque muniendi Principis, quo facto deſcendimus illico, in plateam proditurí. Vidimus ſagittarios noſtros maximo labore ab aſſilientibus hoſtibus defendentes feneſtras oſtiumque ædiculæ, & in ipſis plateis immenſus clamor omnia tenebat. Hi vociferabantur, vivat Rex, alii, Vivat Burgundia, nonnulli, Vivat Rex, cædite hoſtem. Nonnullo temporis ſpatio ita obhæſimus, priuſquam cum Sagittariis noſtris prodire domo poſſemus, quod anxios nos mirifice habebat. neſcios videlicet utrarum partium Rex foret, quidve eo fieret: Cum primum duabus tribusve facibus inſtructi erupiſſemus, alios nonnullos de noſtris offendimus, alioſque circumundique præliantes; ſed is tumultus brevi exſpiravit, concurrente undique milite ad Ducis diverſorium. Primus ex Oppidanis hoſpes Caroli trucidatus eſt, neque tamen tam cito ſpiritum vulneratus emiſit, quin loquentem ipſemet audierim; cæteri quoque omnes, vel pauciſſimis demtis, interemti ſunt. Pariter aggreſſi erant etiam Regis domum, intranſque ejus dominus, à Scotis ſatellitibus ſtrenue rem gerentibus, & ipſe cæſus eſt. Scoti non moverunt ſe quopiam, ſed preſſo pede Regem ſuum defendebant, ingenti emiſſo ſagittarum nimbo, quibus plures de

mo-

ſtris quam hoſtium vulnerabant. Qui de oppidanis receperant porta proſilire, proſiliere quidem, ſed vim magnam militum ex adverſo offendere, qui jam eo confluxerant, ab his nullo negotio repulſi ſunt, multumque deerat ut ſtrenuitatem reliquorum æmularentur. Vt tumultus hoſte averſo ſedatus eſt, è veſtigio Dux cum Rege convenere colloquio, cumque undique interfectorum cadavera paterent, metuebant cladem ſuorum eſſe eam; ſed occiſi pauci inventi ſunt, vulneratorum ingens numerus fuit. Dubitandum tamen non eſt, niſi in via ſubſtitiſſent, & ad tentoria Ducis Alenconii repugnantes nonnullos offendiſſent, recta hoſpitum noſtrorum ductum ſecutos utrumque Principem interemturos fuiſſe, quo facto, uti ego exiſtimo, & reliquum exercitum disjeciſſent. Rex & Carolus mox ſua diverſoria repetiere, neuter non attonitus tanta obſeſſorum audacia; conſilium deinde habitum eſt, ſequenti die quid faciendum foret de jam concluſæ urbis aggreſſione; Rege non parum anxio, qui maximopere timebat ne re ſequius cadente, & civitate non obtenta, malum in ipſum recideret, Duce vel detenturo, vel omnino captivum abducturo, quippe quem eo caſu videbat ab altera parte de bello Gallico ſecurum eſſe non poſſe, ſi Regem dimitteret. Hic videre quilibet poterit miſerabilem fortunam ho-

rum tantæ potentiæ Principum, qui nullæ omnino ratione alter alteri confidere, aut de eo ſibi boni quid ſpondere poterant. Fecerant, nondum quindecim diebus elapſis. Pacem, inſtar ſtabiliſſimæ, quam & jurejurando ſolemni ratam ſervaturos promiſerant, tamen fieri nequaquam poterat, quin ſuſpectos ſeſe mutuo haberent.

Cap. IX.

Vt Leodienſium Vrbs, aggreſſa, capta, ſpoliataque ſit, nec Templis quidem exceptis.

Rex, ut anxietate ſe hac evolueret, hora una ab hoc tumultu, cumque in ſuum ſe diverſorium retuliſſet, vocatis nonnullis intimioribus Ducis miniſtris, qui jam conſilio interfuerant, de concluſione percontatus eſt. Reſponſum ab his fuit, ſententiam ſtare craſtino diluculo Vrbem invadendam eſſe, uti pridem fuerat concepta, ad quod multa ſapienter Rex monuit, ob oculos ponens rei difficultatem, nec mine non lubenter aures præbente; quippe ſingulis timentibus multitudinem audaciamque jam ultimo conteſtatam urbanæ plebis; habebantque omnes in votis exſpectare diem etiam unum atque alterum, vel ad pacificationem hoſtium conſilia flectere. Venere ad aures Ducis hi ſermones me præſente, Regi omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

omnibus omnes adſcribentibus, quos tamen geſtatorum pro ſe quiſque augebat, metu ne male expeterent auctoribus, Carolus reſpondit Regem ea ſententia eſſe ut hoſti conſultum vellet, neque in bonam partem interpretatus eſt, rem quippe aliter caſuram, neque eſſe obſeſſis ullorum aut munitionum aut tormentorum præſidium, quæque in portis reparaſſent, jam denuo jacere proruta; itaque nequaquam eſſe tempus extrahendum: Se nullo genere craſtinum aſſultum dilaturum eſſe, ſed conſilio capto ſtaturum: Regi ſi placet dum caperetur civitas Namurcum ſe conferre, ſe volente iturum, non alia tamen conditione quam ne inde ſe commoveret donec quorſum cederet craſtina aggreſſio perſpiceretur. Hæc Reſponſio nulli omnino præſentium placebat, omnibus mirifice timentibus rei exitum Regi relata eſt ſententia Caroli, verbis non gravibus tamen, ſed quam fieri potuit leniſſimis. Is tamen ſagaciter quod ſimulabatur intellexit, affirmavitque nequaquam ſe Namurcum deceſſurum, ſed affuturum diſcrimini, ut cæteros. Mihi videtur, ſi abeundi conſilium habuiſſet, ea id nocte faceſſere potuiſſe non difficulter, aderant enim ſtipatores ipſi centum ſagittarii cum Aulicis aliis nonnullis, neque longe trecenti cataphracti: Verum citra ambiguitatem, ubi honor & exiſtimatio cernebantur puſillanimitatis argui prorſus

 nole-

nolebat. Reliquum noctis paulliſper ſe quieti milites dedere, diei ſuperventum præſtolantes, armis non poſitis; Aliqui & ultimis ſuis votis ſatisfaciebant, periculo non proletario imminente. Sole clarum mane faciente, deſtinataque hora admota, quam octavam fuiſſe memoratum eſt, tormentorum ſonis condictis primæ aciei, quam per tranſverſam civitatem non longe nobis abfuiſſe, ſecus licet eam ambituris, diximus, ſignum dari Carolus jubet. Id illi ubi audivere extemplo aſſilire urbem cepere. Tubicines Duces incinebant. Vexilla murorum ruinis appropinquabant, miles ordine ſuo infeſtus ingruebat. Rex cum ſuo egregio comitatu in medio plateæ movebatur, ſtipatoribus, cataphractis, aulica nobilitate denſum agmen facientibus. Cum eo ventum eſſet ut manus jam manui conferenda videretur, nulla omnino ex hoſtili parte defenſio apparuit, neque vigilias præter duos aut tres viri ſervabant. Cives cæteri omnes pranſum ſeſe contulerant, quia Dominicus eſſet dies, de aggreſſione ſecuri, & in ſingulis ædibus menſas ſtratas parataſque offendimus. Vile atque nullius rei negotium eſt quod multitudo talis facit, ſiquidem ducibus idoneis caret, quorum reverentia & metu fortiter facere adigatur, excepto quod tempora ſua horaſque habet, quibus in furorem data ſane timeri cum ratione poteſt. Iam ante hoc ultimum

timum diſcrimen Leodienſes erant admodum viribus defecti, tam quod militis maximam partem amiſerant duabus eruptionibus iſtis, ubi & ductores plerique occubuerant, quam quod continuo octiduo infinitis laboribus & ærumnis erant macerati: Omnes enim ſtare ad ruinas murorum neceſſe habebant, præſidiis omnibus circa nudati, uti dictum eſt, & diem iſtum Dominicum refocillationi velut deſtinatum habebant: quo ſane contrarium ſunt experti; ſic neque ex noſtra neque altera Burgundorum parte repertus eſt tum qui repugnaret aggredientibus. Prima acies prior nobis urbem tenuit, paucos ea trucidavit, plebe confertim ultra pontem, Moſam ſuperante, ad ſilvam Arduennam & inde quo quiſque poterat, fugiente, ubi noſtræ copiæ tendebant, non vidi præter fœminam unam treſque viros interemtos, neque exiſtimo ducentorum ad omnia ſtragem factam eſſe, ita vel effugiebant omnes, vel Templis domorumque ſecretis, occulebantur. Rex hoſpitium petiit, videns neminem reſiſtendo eſſe, quodque univerſæ copiæ duobus locis urbem ingreſſæ forent, quarum ad quadraginta millia cenſum fuiſſe exiſtimen, Dux, ut proceſſerat in civitatem longius, reflexit iter, Regemque in Palatium deduxit, mox revertit ad ſummum urbis templum, Sancto Lamberto dedicatum,

quod miles ingredi moliebatur captivis extrahendis ſpoliandiſque civibus intentus, & quamvis jam imperio Principis diſpoſiti Aulici ſtationem ſervarent, non potuere tamen diſtinere vulgus militum, quin duabus portis fanum oppugnarent: vidi tum ſupervenientem Carolum ſua manu militem unum trucidare, itaque tandem periculo exemta eſt ea ædes, neque direpta, licet mox & qui eam fuerant ingreſſi homines, & bona eorum fuerint capti. Reliqua Templa, numero ſane non pauca, (auditui enim ab Hymbercurtio, qui optime omnem urbis ſtatum noverat, ſingulis in ea diebus totidem ſacra celebrari quot Romæ conſueverint) maximam partem ſub prætextu captivandorum hoſtium, ſpoliata ſunt. Ego nullum, præter ſummum quod dixi, ingreſſus ſum, cætera rumor dictavit, & vidi argumenta quæ firmum facerent: itaque longo poſt tempore Pontifex magnis ſacramentis mandavit, ut quicunque inde quid rapuiſſent, raptumve poſſiderent, reſtituerent ſacris locis, & a Duce certis hominibus inquiſitio per omnes ſuas terras demandata eſt, ut Pontificis poſtulatis ſatisfieret. Civitas tota capta & ſpoliata intra meridiem erat: quo tum Palatium ſe recepit Carolus. Rex jam pranſus erat, & magna lætitiæ ſigna rebus ſucceſſis monſtrabat, laudatis ſummopere ſtrenuitate & magnanimitate Burgundi, gnarus ad eum omnia referri: ſuo

autem in pectore æque nihil deſiderabat, quam uti ocyus in regnum ſuum redire poſſet. A prandio convenere ambo Principes, ſingulari cum gaudio, ſique Rex abſentem laudaverat, præſentem Carolum longe extollebat amplius, idque bona cum ipſius gratia. Revertar nunc ad miſeræ plebis calamitates, quæ urbe ſua diffugiebat, ut firmem fidem initio harum Commemorationum dictorum, ubi ſermonem habui de infortuniis, quæ viderim eos ſequi qui adverſam pugnam feciſſent, ſive ii Principes Duceſve, ſive inferiores etiam poteſtates eſſent. Miſerabilis hæc multitudo per Ardennate territorium cum infantibus fæmelliſque palabat: Baro quidam ejus regionis incola, qui ad eam uſque horam partis eorum fuerat, magnam ejus copiam disjecit, utque Victoris benevolentiam acquireret, ſcripſit Duci, addens numero occiſorum captorumque, licet utrique non pauci forent, ſicque in gratiam receptus eſt. Alii Macieras, Galliæ oppidum ad Moſam, confugere. Duo treſve ordinum ex iis ductores capti ſunt, inter hos nomine Maduletius, Caroloque exhibiti, quos trucidari juſſit. Pars cætera frigore, fame, vigiliis, interiere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

CAP. X.

Vt in Regnum ſuum Rex, conſenſu Caroli fuerit reverſus, utque reliquiæ Leodienſium & Francimontanorum ab iſto ſint confectæ.

QVARTO quintove à capta Leodio die cœpit ſollicitare per fidos quos putabat homines ſibi Ducem Rex de diſceſſu ſuo, ipſeque admodum ſapienter illum allocutus, promte parato ſe uteretur, ſi ulla inſuper in re opus haberet, exhortatus eſt, ſi vero nihil præſentia ſua emolumenti ipſi factura eſſet, cupere abire Lutetiam, ut in Curia Regni Pacificationis articuli publicarentur, hæc enim Franciæ vetus conſuetudo eſt, eo in conſiſtorio omnes conventiones publicare, quæ citra hunc ritum parui fuerint momenti, etſi verum ſit Reges in eo quoque omnia poſſe. Inſuper precabatur Carolum, ut ſecutura æſtate ad menſem aliquem unum in Burgundia convenirent, mutua ſeſe converſatione exhilaraturi. Ad extremum conſenſum eſt à Carolo, licet nunquam non ſubmurmurabundo. Placuit eidem ut Pacis concluſiones denuo Regi prælegerentur, ſiquidem indidem pœnitentia ductus, mutare quid vellet, arbitrio ejus permiſſurum, remque totam denuo integram ei offerre, dicente, additis nonnullis excuſationibus

nibus quod eo perductus eſſet. Adhæc po-ſtulabat à Rege ſcripto uti adderetur, ne-gotium Baronis Launæi, Vrſei, Ponceti-que Revierii, videlicet hos reſtituendos poſſeſſionibus ſuis, ut ante belli initium eas optimas maximaſque tenuiſſent. Di-ſplicuit hæc Regi poſtulatio (neque enim ejus partium hi, & tum in miniſterio Ca-roli fratris erant, non Regis ipſius,) & conſenſurum ſe ea conditione dixit, ut tan-tundem Dux erga Nivernium Croioſque faceret. Sic rem ſilentio Burgundus preſ-ſit, tanto enim odio erant ipſi dicti homi-nes, ut de iis in gratiam recipiendis nullo genere adigi poſſe videretur. Ad reliqua omnia reſpondit Rex, nihil demere velle, ſed firmata ſervare ut Peronæ juramento ſancita erant. Sic diſceſſus Regi permiſ-ſus eſt, qui comiter ſalutato Duce itineri ſe dedit, ad dimidium ab eo miliare de-ductus. Cum in diverſa uterque profectu-rus eſſet, Carolum Rex interrogavit: ſi forte fortuna fratri meo, qui in Britannia nunc eſt, non placuerit hæreditatis portio, quam in veſtram ipſi gratiam daturus ſum, quid placet eo caſu à me fieri? Carolus ſub-ito, non perpenſo ſermone reſpondit. Si quidem fiat ut ille nolit, tuum erit ſatisfa-cere ipſi: Mea quod intereſt, id utriq; defe-ro veſtrum. Ex hac interrogatione atque reſpōſione magnæ deinceps natæ res ſunt ut ſeries operis docebit. Sic ut voluit, Rex diſceſſit, comitantibus ipſum Cordæo, &

Muræo,

Muræo, quorum iſte Magnus Prætor erat Hannoniæ, ultra limites provinciarum Caroli. Hic Leodii interim ſubſtitit. Vrbs ea omni ex parte crudeliſſime tractabatur, ut incolæ ejus ante diris modis ſubditos Ducis ab avo uſque ipſius vexaverant. Quicquid promiſſum conventumque fuerat pro lubitu irritum habuere, omni fide & religione neglecta & conculcata. Iamque vertebatur quintus ex quo Dux ipſe eo venerat, nec minus, factam illi pacem ſequenti anno ruperant. Multo etiam ante tempore à Pontifice excommunicati fuerant, ob immania facinora in Epiſcopum patrata, ſed nec his modis de ſcelerata obſtinatione malefaciendi fidemque frangendi, cohiberi poterant, neque reverentiam ullam aut obedientiam cuipiam præſtabant. Rege profecto extemplo Carolus cum parvo agmine Francimontium petere concluſit: quæ regio paullo ultra Leodienſe territorium ſitum habet aſperum montibus, horridumque ſilvis, unde melior pars militis venerat, urbem defenſuri, præcipueque ei qui ultimam eruptionem, ſupra recenſitam, fecerant. Ptiuſquam eo Carolus proficiſceretur, magno numero captiva plebs interlabente civitatem fluvio merſa eſt, quæ hactenus in domuum latebris lætitans, eruta fuerat. Deinceps deliberatum eſt flammis abolere oppidum, cumprimis populoſum ſemper: definitumque eſt tribus eam locis incendere, ad

quod

quod negotium deputati ſunt tria quatuorve millia militum Limburgenſium, qui vicini erant Leodienſibus, pareſque lingua & habitus ſimul ut à conflagratione templa defenderent, Principio reſciſſus eſt ingens per tranſverſum Moſam pons, inde collocati in ſtationes multi milites ad tutelam domuum, quibus Canonici habitabant, majoriſque cumprimis Templi, ut ſupereſſet locus divinarum rerum faciendarum. Pariter proviſum eſt & cæteris fanis. Hoc expedito profecti ſumus ad Francimontanos, ut dictum eſt, Vt primum extra oppidum fuimus, vidimus ignem tenentem plurimas jam ædes exteriore fluminis parte. Caſtra Carolus poſuit ad quartum ab oppido militare, ſed ſonus urbis crematæ tam nobis clare auditus eſt, quam ſi in loco præſentes eſſemus, cui rei neſcio an ventus cauſſam dederit, an, quod in ripa fluminis caſtra metabamur. Perendie ultra profecti ſumus, quique in civitate remanſerant, deſolationi ejus inſiſtebant, uti in mandato habebant. Omnia tamen Templa conſervata ſunt (vel paucis certe adflictis) & pluſquam trecentæ Domus, habitandæ ſacerdotibus, unde factum eſt ut cito civium numerus redaugeretur, plurimis confluentibus ad concolenda loca Clericis relicta. Propter immenſam vim glaciei & frigoris coacti ſunt plerique de exercitu noſtro pedites petere Francimontium, ubi nullas urbes,

urbes, nulla oppida clauſa, pagos villaſque meras offendimus, Dux quinque aut ſex dies in valle quapiam minuta commoratus eſt, pago Pollenea nomine. Copiæ noſtræ duarum acierum erant, ut eo facilius regio vaſtaretur. Caſæ, ædificiaque omnia imperio Principis ſunt exuſtæ, ruptæ omnes molæ ferrariæ, unde victus vel maxime incolis parabatur. Fugitivi per ſilvas arbuſticetaque undique indagati, extractique ſunt, cum quas eodem opes detulerant. Plurimi occiſi, alii captivi ducti; neque non plurimum argenti miles obtinuit. Vidi ibi incredibilem vim frigoris. Erat ex nobilitate qui gelu pedem perderet, nunquam poſtea reſtitutum; erat aulicorum puerorum, cui hyems duos de manu digitos præmorderat: Puerperam cum recens edito infante frigore enectam conſpeximus. Tribus integris diebus vinum (quod uſui nobilitatis de commeatu Ducis dividebatur) ictibus ſecurium inſtra deciſum eſt, gelu enim in cupis concreverat, ut milites partem ſuam quiſque manu captam pileo aut ſacciperio inderet, uti res poſcebat. Poſſem alia miranda commemorare, faſtidium lectori ipſa prolixitate facturus; ſed fames nos inde refugere magnis paſſibus coegit, cum octo ad ſummum dies ſubſtitiſſemus. Carolus Namurcum exhinc petiit, à quo Brabantiam, ubi magna ſubditorum exultatione exceptus eſt.

EIVS-

EIVSDEM BELLI HISTORIA

Scripta

AB

ÆGIDIO à ROYA,

Abbate Monteregali.

PHILIPPVS igitur Dux anno 1462, maximum belli apparatum cunctis ſuis Nobilibus indicens, ſe quaſi proceſſurum in hoſtes Crucis accinxit, navalem pariter & terreſtrem conatus educere copiam, mox à propoſito per Leodienſes avertitur; qui confœderati Ludovico Regi Francorum, Epiſcopum eorum repulerunt, qui de domo Borboniæ filius erat ſororis ejuſdem Philippi Ducis Burgundiæ, allegantes cauſam repulſionis, cum nollet celebrare, nec ſacerdos effici, quemjam admiſerunt potentem virum ex Alemannia, fratrem Palatini Colonienſis: qui veniens tandem ad illos, publicam ſatis guerram minatus eſt inferre. Hac difficultate orta, Philippus Dux con-

convocat ſuos, & quid expediret agendum, maturo terminatum eſt conſilio, eum non proficiſci, ſed mitti poſſe ad ſtatutum tempus comparendi filium ſuum naturalem Antonium, qui graviſſimum id onus magnifice paragendũ loco patris acceptavit. Navigio igitur penes Sluſam præparato, manu robuſtorum juvenum, non paucis admodum electis militibus etiam ab omni parte confluentibus, alto ſe committens pelago, pervenit Marſiliam: qui dum adunato exercitu magnum adhuc maris ſpatium peregiſſet, applicuit in regionem quandam, ubi Mori vel Æthiopes erant incultores, contra quos geſtis aliquibus pugitivis, cum paulatim ſuos variis amiſerat ægritudinibus reditum fecit in Portugalliam: ubi receptus benigne litteras recepit à Duce Calabriæ doli machinati declarativas. Continuo igitur regreſſus, pluribus ſuorum amiſſis, inglorius inde per terram, relictis navibus & bellicis inſtrumentis, patri ſuo Philippo receptas tradidit litteras. Quibus perlectis, tunc primum rebus confeſſis nuper per Ioannem Conſteyn fidem adhibuit in teſtimonium rebellionis Leodienſium; ad quas ipſe Dux Philippus ſedandas, blandis verbis benigne voluit exhortari, & admonere ſtuduit omnibus modis ad eos ſcribens, ut deſiſterent à rebellione ſeu potius
repul-

repulſione, Epiſcopo eorum demonſtrata, eo quod nollet pręfixe ad libitum eorum celebrare. Fuit autem Epiſcopus eorum filius Duciſſæ Borboniæ, ſororis ejuſdem Philippi Ducis Burgundiæ, qui ſucceſſerat Domino Ioan. de Heynxberghen per reſignationem; quam ob cauſam bono nunquam animo extiterunt, eo quod exoſam graviter haberent domum de Burgundia. Fugaverunt igitur ſtatim Epiſcopum, & apud Hugo villam fortem ejuſdem patriæ ſæpius ipſum inquietabant. Sed miſſis tandem ambaſſadis mitigatus modico eſt eorum animus, promiſitque primam celebrare Miſſam ſequenti anno, atque officium Epiſcopale taliter adimplere, quod merito contenti non haberent ſuper illo conqueri.

Ipſo die B. Iacobi Apoſtoli decollatus fuit Dominus Ioannes Conſteyn miles, Camerarius Ducis Burgundiæ pro demeritis, quod contendebat dominum Burgundiæ intoxicare, præcipue Comitē de Charlois. Vnde ab ejus confeſſione totum proceſſit initium guerrarum inter ipſum Regem novum & Ducem Burgundiæ. Vnde Dux mox nuntios direxit ad novum Regem, & præcipue Dominum de Chimay: qui, præfato Rege durius reſpondente quam decuit, reportat qualiter Rex interrogaverat ab eo, an Dux Burgundiæ plus

quam alii Principes de Chalybe durior
formatus eſſet. Et breviter ; Dominu
de Chimay retulit, quod omnibus mo-
dis Rex loca ſibi reſignari petiit inva-
diata pro ſumma 1400000. & jam
Rex 400000. numerare Philippo Du-
ci voluit, ut rehaberet villas. ſc. Am-
bianis, Abbatis villam, Monſtrolum
Peronam, S. Quintinum, Royam, &c
Anno Domini M C D LXII oriri cœ
pit inter Leodienſes & eorum Epiſco
pum gravis diſcordia, Scientes autem
Epiſcopum ſuum eſſe de ſanguine Duci
Phillippi, timuerunt publicam tam ci
to guerram indicere. Sed perpulchr
ambaſciada miſſa petierunt à Ludo
vico Rege Francorum jamdudum pro
miſſam ab eodem Rege aſſiſtentiam ſib
dari. Rex autem Ludovicus diſſuaden
guerram, uſque ad tempus opportunur
juſſit differri, donec res aliter deducere
tur. Sciebat enim cautiorem invaden
modum. Putabat enim per generaler
cruce ſignationem, quæ fiebat ex man
dato univerſalis Eccleſiæ per Pium Pa
pam, plures & quammaxime præſtan
tiores Nobiles & Barones evocando
fore ex omni Dominio Philippi Duci
Siquidem ad eum eam ob rem Bulla Pa
palis miſſa fuit: qua in tantum perſu
ſus extitit illuſtriſſimus Princeps,
n ſi à ſuis abductus fuiſſet, haud dub
juxta propoſitum ſuum iter arripu
ſ

ſet. Sed diſſuaſiones omnium ſuorum Nobilium diverterunt animum tanti Principis in tempus aliud. Sicque confuſus ſummus Pontifex non percepit ab eo quam promiſerat aſſiſtentiam: nihilominus excuſavit ſe per ægritudinem quam incurrerat, & per commotionem Leodienſium.

Anno Domini M. CD. LXIV. Regreſſus ſt terra qui mari perrexerat, pugnaturus ſuper Turcas Dominus Antonius, naturalis filius Philippi Ducis Burgundiæ. Hic fortiter agere cœpit ut Leodienſes expugnarentur, eo quod illi de Dinanto ſe reddiderant infeſtos. Similiter Comes Caladrenſis de mandato patris ſui maximam colligere cœpit armaturam, & miſſis diverſis Heraldis ut nuntiis, omnium Nobilium infraſcriptorum facta eſt conſigillatio, non eo conjuratio: videlicet primo Dux Bituricenſis, frater Regis Franciæ, Dux Britanniæ, Dux borboniæ, Dux Calabriæ, Carolus Comes Caladrenſis, Ludovicus Comes ſancti Pauli, Comes Armigniaci, Comes de Dunoys, Comes d'Alebret, Comes Marchiæ Princeps Orangiæ, Dux de Zommerzet, Anglicus, qui cum Domino Antonio Burgundiæ venerat, & quam plures alii, quorum memoriam agit Hiſtoria ſuper his authentice facta; qui omnes paraverant convenire ad aſſignatam dietam.

Quæ res dum cognita eſſet, cogitavi expedire quoſdam, priuſquam ab ipſi invaderetur: & collectis armis in Du cem Borboniæ primo debacchatur, & magnam ejus partem demolitus eſt & deprædavit.

Anno M. CD. LXV. Rege Francorum Borboniam devaſtante, Principes ſuperiori anno colligati moverunt ſe ab omni parte deſcendentes & intrantes Regnum, ſed prævenien e Carolo Comit Caladrenſi, filio Ph lippi Ducis Burgundiæ cum Comite ſancti Pauli ceterisque ſibi deputatis vix numero 1000 virorum arma gerentium, eo quod magna pars Nobilium contra Leodienſe in Hannonia & Brabantia per Philippum Ducem fuerant aſſignata; nihilo minus cum tam parua comitiva iden Comes Franciam petens aliqua cepi fortalitia, nec non villas firmatas, do nec ad duo milliaria de Pariſiis perveniſſet uſque ad ſanctum Dionyſium, ub pacifice intromiſſus, ſe cum toto exercitu ſuo ante civitatem poſuit, ut al omnibus cerneretur.

Exercitus Pariſios ingredi putans ictibus & convitiis repulſus eſt. Hæ aſpiciens ipſe Comes, citra mandatum patris Inſulam Franciæ petit, & procedens cepit villam S. Claudij, nec non villam de Legny ſupra Maternam, collocans in eis ſuos, qui tuta ſervarent ea loca,

ꝛca, ſi opus fuga fuiſſet : ſicque perre-
it ad ſex milliaria citra Pariſios uſ-
ue ad caſtrum Montis Henrici: & ibi
ſtra metatus expectavit adventum ce-
rorum principum, ad duas dietas di-
antium.

Iſtis Regi ſignificatis, properat per
em & noctem, ut inopinate Comi-
m Caladrenſem expugnaret, & ſuos
ene aut caperet aut interimeret fere,
ſcendens cum 40000. Verum inter
obiles Regis erat Carolus Andega-
nſis, Comes Senomanniæ, qui noti-
ari fecit Comiti S. Pauli, tenenti
imam aciem Domini Caladrenſis, ut
ævideret de conflictu: quoniam Re-
s animus erat impugnare Comitem
aladrenſem. Vix primæ cuſtodiæ lo-
s, & ecce pedetentim Regis exercitus
clinatiſſime incedens cinxerat eam, &
omes ſancti Pauli vir bello peritus,
fugam ſuos compulit, cupiens aciem
ailiter ordinare, non valuit ad nutum
ſum cogere illos; quare dimiſſis illis
ſus mediam aciem, ubi Comes Cala-
enſis erat, iter maturant, fortiter ap-
opinquante Regis exercitu, & brevi-
in ſeipſos mutuo crudeliter irrue-
nt, Erat vero dies Martis, ut clarius
rat Hiſtoria Principalis, 16. Iulij,
qua circa decimam ante meridiem
mus congreſſus factus eſt : ubi ex u-
que parte plures ſuccubuere. quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

magnus ille Capitaneus Seneſcaleus
Normanniæ, Dominus Petrus de Bre-
ze, qui dudum valentiſſimus in con-
queſtu Normanniæ & Aquitaniæ repu-
tabatur. De ceteris viris memoriam a-
gere non valeo. Porro Nobiles Regis va-
lentiores effecti, prima cuſtodia pene-
trata pervenerunt ad ſecundam, in qua
Dominus Comes Caladrenſis optim
ſtipatus quadrigis & bellicis inſtru-
mentis totam potentiam Regis virili-
ter ſuſtinuit, qui tamen exiens pauci
cum Nobilibus ad ſuccurrendum ſuis,
inſequentibus cum armigeris Regis fer
captus fuiſſet ab illis, niſi ſcutifer unu
eum liberaſſet. nihilominus ſine grav
vulnere collo ſuo infixo non evaſit
Cæſi autem juxta eum fuerunt ibi Do-
minus de Hamers, Dominus Balduinu
de Halebbim, Ballivus Cortracenſis
frater Philippi de Lanoys, filius Do-
mini Simonis de Laleyn, pluresqu
alii, quos nominat hiſtoria. Quæ re
ut innotuit fratri Domini Caladrenſis
Domino Antonio, mediantibus his qu
de prima cuſtodia fuga lapſi fuerant
ceteriſque collectis, valido cum c amor
ſic terruit irruens in gentes Regis terri
bili lancearum congreſſu, ut penetrar
exercitum Regis, ac perveniret ad lo
cum, ubi ſe Rex fortiter ſalvat: nihilo
minus equo dejectus fugam compulſu
eſt arripere, ſuis pæne amiſſis, ita u
nuntia

nuntiaretur interitus ejus. Comes igitur Caladrenſis & Comes S. Pauli campum recuperant. Sed quia multos cum coronis deauratis interfectos aſpicerent. qui de latere Regis ceciderant, putabant Flamingi Regem occubuiſſe; qui non longe fixis lanceis montem eligens, ibidem ſe fortificat, tertio cupiens confligere contra Comitem Caladrenſem: ſed à ſuis derelictus, noctu verſus Corbolium iter maturavit cum paucis. Fugit autem de latere Regis avunculus ejus, Carolus Comes Cenomaniæ, nec non lanceati; atque ita ceſſit victoria Carolo comiti Caladriæ filio Philippi Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ. Cui quidem Philippo delata ſunt in contrarium nova; quare contra Leodienſes in Brabantia Seneſcallum Brabantiæ, Dominum de Breda miſit, necnon Dominum de Gruuthuze, gubernatorem Hollandiæ: qui juxta villagium, de Montenaken fere 3000. Leodienſium proſtraverunt. Dinantenſes inſuper exierant ad oras Hannoniæ, multa mala machinantes, quæ omnia in caput proprium reciderunt. Nam Dux Philippus viriliter oras Brabantiæ & Hannoniæ defendit: & vera delata ſunt nuntia, qualiter filio ſuo ceſſerat victoria, licet aliquanto anceps videbatnr. Quoniam ſi vera fateamur, & juxta rei geſtæ propoſitum, Comes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Carolus mortem vix evaſiſſet aut captivitatem cum omnibus ſuis, ſi Regi Francorum fideles fuiſſent Capitanei ſui. Hi enim plus cupiditate ducti, maluerunt captivis & rapiēdis inſiſtere, quam vacare cædibus. Nam Dominus Adolphus de Raveſtein, frater Ducis Cliverſis, perditionem magnam paſſus eſt in amiſſione tam Nobilium quam bonorum eorumdem. Viriliter tamen ſe defendit: in cujus ſocietate Flocquet Capitaneus Regis interfectus eſt cum multis. Sed Capitanei, ſcilicet Salazart & Malurtye caute, ut ſpoliis locupletati, ductis captivis ſuis, fugam inierant. Ioachimus vero de Royault, Capitaneus de Pariſiis, quamplures captivos adduxit Pariſios, prout vidi, paucos tamen Nobiles, inter quos erat Dominus Wilhelmus de Stavele Vicecomes territorii Furnenſis, cujus equus graviter vulneratus extiterat, ſed & ipſe ſupra modum, cum ſuis & aliis Pariſios intravit, alter mutilatus brachio, alter pedibus. Quod ut Pariſienſes aſpicerent, victoriam Regi adſcripſerunt, ignorantes quod geſtum fuerat. Cives impetrare ab Epiſcopo ſonitum campanarum nitebantur in ſignum victoriæ: ſed nequaquam voluit in hoc Epiſcopus Pariſienſis conſentire, donec conſtaret de veritate. Sequenti die conflictus audita eſt fuga Regis Pariſios; & pedetentim Capita-

Capitanei Regis, qui diſperſi fuerant & fuga lapſi, Pariſios intraverunt. Tandem Rex cum paucis de Corbolio veniens, ſimiliter intravit Pariſios, ubi congregato & celebrato concilio, civitatem ab omni parte munivit & fortificavit, quærens in propria perſona machinas & bellica inſtrumenta, quæ adduxit Pariſios de Rothomago. Peracta igitur hac obviatione, Comes Caladrenſis & Comes S. Pauli videns, quem exſpectabant Regem Franciæ non cōparere ad debellandum eos, campum deſerentes, verſus villam de Stampes cum toto exercitu ſe moverunt. Vbi primo ad eoſdem Burgundi, deinde Britones cum fratre Regis Duce Bituricenſi, pervenerunt; nec non ceteri omnes, videlicet Dux Borboniæ, Comes de Namurs, Comes de Dunoys, Comes Armignaci, Princeps Orangiæ, Dominus de Arguel, cum maximo numero bellatorum: qui ſine dubio, ſi ad diem conflictus comparuiſſent, Regem cēpiſſent, mediante divina opitulatione, cum toto ſuo exercitu: ſed quod factum erat, non aliter niſi gratia Dei factum eſſe cognoverunt. Per aliquod temporis igitur, donec Comes Carolus ſanatus eſſet à vulnere, quod in bello ſuſceperat, pariter una cum maxima multitudine venerunt, & ab omni parte Pariſios, in qua Rex ſe tenebat, obſede-

runt, & à Profeſto S. Bernardi Abbatis uſque ad Profeſtum omnium Sanctorum in obſidione permanſerunt. Quo tempore intermedio plures reiſæ fiebant à plurima pugitiva, ubi nunc 20. nunc 10. nunc 8. remanſerunt, &c.

Sequuntur verſus de bello hoc:

Quomodo ſuccedant Carolo ſua fata retracto,
De quo perplura ſunt recitanda modo.
Nobilis iſte Comes, merito qui Dux reputandus,
Congregat intrepide iuvenes fortes, animoſos,
Certis de cauſis, tacita quas mente gerebat.
Francorum Regem Ludovicum viſere tentat.
Qui dum Pariſeos Regalem tranſiit urbem.
Optans omne bonum cum iuſtitia reparari,
Campo montis Hery fixit tentoria multa,
Regni regnorum medio captu fluviorum,
Mane die Martis, ſexta decima quoque menſis
Quintilis, dum Sol tangit fervere Leonem.
Aſt improviſus cum Rex apparuit illi,
Nobilis ecce Comes, Princeps fortis, metuendus,
Stans hilaris gaudet, cernens inſignia Regis.
Se Cruce conſignat, & equum calcaribus urget.
In virtute Dei Francos, ait, aggrediamur.
Tunc cito vexilla ſunt hic illicque ſoluta,
Ordine procedunt magno clangore tubarum.
Mittuntur colubri, ſerpentimilæ quoque tela

Miſſi-

Miſſilibus mixtis penetrantibus, atque ſagittis
Intrant ſic ludum Martis, pavidiq; recedunt.
Qui dum ſic fugiunt, capiuntur, vel trucidantur
De Comitis parte plures cecidere pedeſtres,
Cum nimis audaces, ſequerentur longius hoſtes
Hoſtis enim fractis, & abiectis, durius inſtat
Bellum, mortale, nec non horribile viſu.
Occipit & ſi quis occiditur...........
Inter & aurigas noſtros cecidere valentes.
Plumbatis plures noſtri Francos necuere
.... ſanguis quo funditur illic
Quod Rex proſpiciens, ac eſſe ſuis ſpoliatum,
Et Leo ſit fortis invincibiliſque maneret,
Nec labor aut æſtus ſeu ſudor diſtrahat ipſum.
Fugam conſuluit, ne plus maneat ſine laude.
En Carolus victor manet in campo, velut Hector,
Atque Comes prudens ſancti Pauli Ludovicus,
De Lucemburgo præſtant rubeique Leones,
Cum reliquis cunctis victoribus aſſociatis,
Audacter campum retinent pariterq; triumphum.
Poſtea venerunt Domini ſubtus titulati,
Dux Carolus frater ipſe Regis, Brito, Calabriæ Dux,
Regalis ſtirpis Borbon, Comites quoq; plures,
Cum cito poſt bellum ſenſere reſiſtere nullum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Fœdere conjuncti concordantur cito Regi.
Concors contentus Rex eſt, noſcendo Leonem,
Qui prius ut libuit credebat omnibus uti,
Nunc mitior factus ſatis eſt poſt prælia doctus.

Hoc non ad dedecus Regis dudum cum fratre placuit ſcribere, ſed ad rei geſtæ memoriam. Nam poſtea Rex de colligatis omnibus, ſive licite, ſive aliter, triumphavit. Anno enim Domini, ſicut ex dictis aliorum patere poteſt, M.CD. LXXVII. Carolus de Francia, Dux Aquitaniæ, frater Regis, ex veneficio moritur. Sed & Ioannes, Dux Calabriæ, cum filio ſuo Marchione. Deinde Comes Armignaci, poſtea Comes S. Pauli, conſequitur Carolus Dux Burgundiæ, poſt quem Pariſiis Dux de Namours.

Porro Leodienſes fortiter agere cœperunt, præcipue Dinantenſes, quos Capitanei Ducis Burgundiæ viriliter ſæpe fugarunt.

Cōceſſæ ſunt & impetratæ treugæ inter Regem & fratrem ejus Ducem Bituricenſem, cujus occaſione bellum perpetratum extitit per Comitem Caladrenſem contra præfatum Regem: nec facile contractus firmari potuit ad pacem præſentatis articulis & querelis omnibus concernentibus partem adverſam, quæ omnia nimis longum foret inſerere, quia nondum conſtare de veritate potuit, niſi quod origo diſſen-

ſenſionis inde proceſſerit, quod Rex Franciæ noluit fratri ſuo Ducatum Normanniæ reſignare. Multis tandem precibus Rex inducitur ad pacem contrahendam cum ſuo fratre cæteriſque Principibus, oblatis geſtorum Regum Franciæ codicibus, ut mediis omnibus incitaretur ejus animus ad concordiam. Ceperat autem Dux Britanniæ villam de Pontoyze tenuitque ſe in S. Dionyſio: Dux vero Borboniæ cum ſuis Sequanam tranſiens, civitatem Rothomagenſem ſimiliter in deditionem accepit. Porro Comes Caladrenſis cum Duce Calabriæ ſemper ſe ante Pariſios in obſidione tenebat, expectans potentiam Regis. Vbi cum jaceret, nuntiatus eſt obitus uxoris ſuæ, ſororis ſcilicet Ducis Borboniæ, ex qua ſolam filiam genuerat: & quia hæc triſtia mitigarent animum Comitis, ſimul denuntiatur captivitas Domini de Stampes, Comitis Nivernenſis, in villa Peronæ.

Ludovicus autem Francorum Rex videns ſe periculo proximum qualiter ad hyemandum loca cœperunt eligere Principes, in obſidione permanſuri, nec poſſe ſe reſiſtere tam multis: citius quam potuit, obtemperavit metu potius, quam benevolentia. Conceſſitque Rex fratri ſuo Carolo Duci Bituricenſi Ducatum Normanniæ, villaſque compromiſſas dudum Comiti Caladrenſi ſimiliter conceſſit. Duci vero Borboniæ conceſſit emendam, juxta peti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

petitionem, Duci autem Calabriæ 600. lanceas ſtipendiatas conceſſit ad aſſiſtendum ſorori ſuæ Margaritæ Reginæ Angliæ, uxori Regis Henrici captivi, &c. Comiti S. Pauli dedit Conneſtabulariatus Regni Franciæ beneficium: omneſque pacifice dimiſit, & obſidionem hi de Pariſiis ſolverunt, perrexeruntque Dux Normanniæ frater Regis & Dux Britanniæ ad poſſidendam Normanniam.

Comes Caladrenſis vero perrexit cum toto exercitu ad debellandam patriam Leodienſem: ſed concordia facta eſt ſine clade, quæ paucis diebus duravit. Vnde ſequenti anno Carolus contra Dinantenſes perrexit. Durante autem obſidione fere novem diebus, capta eſt villa de Dinanto, & igni funditus conflagrata. Hinc verſus hi:

Dinant præcluſa mox eſt calcata leone.
Mille quadingentos decies ſex notat annos.

Alii de ejuſdem deſtructione:

Hi de Dinanto communes ſunt populares,
Inſontes ſtolidi credulitate ſua:
De terra ferri ſervantes ferrea corda.
Sint licet ut ferrum, nil agit in chalybem.
Ipſe quidem Carolus ſaxo ſic excutit ignem,
Dum vult, malleolis quod cito cudet eos,
Aggreſſor primo circumdedit undique valleo,

Nocte

Nocte dieque locum caſtigans pulvere forti,
Furtive properans, eiuſque ſuburbia captans,
Intrat, ablatis ſpoliis, cauteque recedit.
Et ceteri melius nequeunt quam reddere ſeſe
Ad nutum Caroli pleni pietate modeſta:
Non attendentes, commotus qualiter ante
Offenſis multis verboſis, ſed magis actis,
Incurſando quidem fecerit interficiendo.
Reddunt ſeque tamen tractatu non bene facto.
Tunc prius emiſſis fragili ſexu puerisque,
Fit vindex ignis conſumens omnia præſto,
Quodque remanſiſſet, manibus perit hoc operoſis.
Donec dicatur, Dinant prius hic fore viſa,
Hos ita perdomuit qui malleus indomitorum,
Filius ut Martis, Carolus, qui diligit arma.

Planctus.

Quomodo ſola manet Dinant quondam populoſa.
Facta velut Troia, nunc ſine veſtigio?
Illic defluxit Xanctus, ſicut hic modo Moſa.
Quàm paucis ſimilis attamen excidio.
Ilios, aut ubi nunc Hector, totidemque potentes?
Talibus, heu! caruit inſipiens populus.
Quin potius contra Priamus pater & ſuus Hector,

Nec

*Nec ſibi præſidio * Panthaſilea fuit.*
O viduata viris Dinant, *orbataque natis!*
Et ſexus fragilis neſcit habere locum.
Eſurit atque ſitit, primo qui ſplendida ſumpſit;
Et modo veſte caret, cui prius ampla ſatis.
Heu! Dinant *miſeranda* jacet: *indulgeat ipſe*
Omnibus indulgens, qui patienter amant.
Quiſquis amat tremat, patienter & aſpera portet,
Ut Deus *aleret hunc regione ſua.*

Chronoſtichon.

DINANT ACCENSA MOX NON PLACA CVNCTA REPRESSA.

Anno Domini M. C. D. LXVI. Levaverunt ſe Leodienſes iterato contra Epiſcopum ſuum, fratrem Ducis Borboniæ, & eum à villa de Huyo fugaverunt, interfectis quibuſdam de parte Ducis Burgundiæ, quos idem Dux ibidem poſuerat pro conſervatione patriæ. Sic converſo rebelles facti contra contractum & juramentum, quod fecerant cum Philippo Duce Burgundiæ & Carolo filio ejus, quæcumque poterant mala perpetrati ſunt. Dux autem Philippus apud Bruxellas facta congregatione valida Nobilium, arma levat contra

contra Leodienſes: ſed propter debilitatem & ſenium in propria non valens exire, totum belli onus filio ſuo Carolo Comiti Caladrenſi commiſit. Rex Francorum dum audiret, Carolum Caladrenſem Leodienſes invadere debere, miſit quoſdam ſtipendiarios in auxilium per Campaniam & Ardenniam ipſis Leodienſibus. Porro Carolus Comes Brabantiam exire parabat, contractis undique copiis Nobilium & armigerorum, primo cepit Dinantum, de quo ante per occaſionem fuit dictum. Qui dum poſtea aciem ſuam dirigeret in ſubverſionem villæ S. Trudonis, plures ad impediendam obſidionem ſe moverunt de Leodio cum bellicis inſtrumentis, & quadrigis, & victualibus: quos quidam de parte Ducis Burgundiæ venturos nuntiavere, quare Comes Carolus aciebus ordinatis, cinctaque villa præfata, & adventu Leodienſium audito, clamor ad pugnam & ſonitus terribiliter proclamatur. In aggreſſu Leodienſium, eo quod debilior eſſet prima cuſtodia Comitis, ceſſit, fortaſſis ex induſtria prout poſtea belli exitus declaravit: quoniam ex adverſo perſenſit adjutorium, & Antonium baſtardum fratrem comitis adventare continuo recognovit: cujus adventu durior t aditus pugnæ. Sed quia in crepuſculo quaſi noctis congreſſus iſte fiebat, totus Leodienſis exercitus diruptus & diſtractus eſt. Plures igitur eorum terga verterunt,

cæteris proſtratis, & captis curribus vi-
ctualibus una cum bellicis inſtrumentis
quorum copiam adduxerant, & bellum
intercipitur, fuga quingentis fere inter-
fectis viris. Proſequitur poſt hoc inten-
tum ſuum Carolus, & villam S. Trudonis
dira jam obſidione penitus quaſſatam in
deditionem accipiens, quoſdam gladio ju-
gulari, quoſdam illæſos in gratiam capi
jubet. Hac villa funditus everſa, movi
idem Comes exercitum ſuum, vaſtand
fortalitia hinc inde, donec Tongris perve
niſſet: quæ villa ſe ſubmiſit obedientia
ſuæ cum pluribus aliis. Et procedens tra-
mite ſuo, caſtrametatus eſt ad unum mi-
liare civitatis Leodienſis, ſic quod illi d
civitate omnem ejus exercitum orto ſol
viderent ſe longe lateque diſpergentem
ad aſſultum ſine mora præbendum. Civibu
igitur aſpiciẽtibus ſe cingi, ac locis aptio
ribus bellicas machinas collocari, ſicqu
primo obſidionis aggreſſu taliter coarcta
ri, ut vix egredi valerent aut præſumeren
conſi ium inierunt, ut 300 aut 400. de n
tabilioribus eligerentur, qui exirent civi
tatem, & procederent nudi, lineis tame
induti, veniam petituri. Quod factum e
Nam tamdiu proſtrati jacebant ad ped
Comitis & Epiſcopi cæterorumque N
bilium, donec reſponſum audirẽt. Tali ig
tur pacto concordia ſumpſit exordium.
videlicet 3. Capitanei Comitis, ſcilicet fr
ter Comitis dominus Antonius, & nep
ej

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ejus dominus Adolphus, nec non dominus de Grwthuze, cum omnibus ſuis armigeris ad 3, portas intromitterentur, ſervatis ac ſalvis bonis & vita omnium in Leodio exiſtentium. In qua quidem civitate tam diu moram traherent hi prænominati Capitanei, donec ad pacis unionem omnia tractata eſſent. Cives igitur annuerunt huic petitioni Comitis: & Dei gratia mediante, brevi dierum ſpatio firmata eſt pax, & ſedata commotio: ſuſceptoque comite & eorum Epiſcopo, domino Ludovico de Borbonia, promiſerunt fidem & ſtabilitatem ſemper obſervandæ pacis, fugato Raſone de Linteris, qui caput ferebatur principale totius diſcordiæ. Impoſita igitur erat pecuniarum maxima emenda, necnõ ipſi Phil. Duci Burgundiæ per vices, 40. cives obſides aſſignati ſunt ad majorem confirmationem, qui aliternatim, donec taxatio perſoluta eſſet, deliberabantur & reſtituebantur. His peractis, Francorum Rex de longe proſpiciens fratrem ſuum cum Ducẽ Britanniæ Normanniæ repetere velle, multitudinem copioſam armigerorum ad oras Normanniæ collocavit ne intrarent: idemque Rex juxta Peronam & circa Pariſios ſe tenens, ne Comes Caladrenſis in illũ ſubito irrueret, præſidia ſua fortificavit. Deo tamen diſponente, pugnatum non eſt: verumtamen maximæ præparationes factæ ſunt ab omni parte ad invadendum Regem. An. Dñi M. CD. LXVII. Brugis in Flã-

 drias.

dria, 15. Iunii obiit Illuſtriſſimi Princep
Philippus Bonus, Dux Burgundiæ, Brabat
tiæ, Lotharingiæ, ac Limburgenſis, Come
Flandriæ, Arteſiæ, Namurci, Hannonia
Hollandiæ, Zelandiæ, & Burgundiæ, Pa
latinus, ac Marchio S. Imp. Dominus Fr
ſiæ, Salinarum & Mechliniæ. Hic filiu
Ioannis Ducis Burgundiæ ex filia Alber
Ducis Bavariæ, Comitis Hollandiæ, & Ze
landiæ, procreatus Filium unicum rel
quit hæredem ex nobili domina, uxor
ſua tertia, Eliſabetha filia Regis Portuga
liæ, Carolum nomine, natum in Divione
an, M. CD. XXXIV. Hic patri ſucceden
dominatus eſt ſuper omnia dominia, qu
erant vel eſſe poterant patrimonialis ju
riſdictionis, legitimæque ſucceſſionis: &
apud Gandavum, principalem Flandri
villam, 30. menſis Iunii, anno quo ſupr
præſtito juramento, non ſine vulgi mo
tione ſuſceptus eſt. Allegabat vulgus, im
poſitas ſibi gabellas graves & importabi
les fore, quas citra contractum pacis fact
poſt cladem ipſis illatam in bello Gave
renſi, quod geſſerat villa Gandenſis contr
Philippum Ducem modo defunctum nu
perrime, vi coacti fuerant exſolvere: &
idcirco ſuper illis nunc relaxari merit
novo in adventu Principis, minus tame
gratioſe petierunt. Sicque inopinate Ca
rolus cum Nobilibus ſuis à villa receſſit
relinquens ad ſedandum vulgus Dominun
Ioannem de Grwthuze, qui Gubernato
Hol

Hollandiæ fuit. Venit autem novus Dux
Carolus ad Brabantiam conjurandam, &
uſceptus eſt, licet Machlinia cornu re-
bellionis erexerit, quod per exilium ſedi-
ioſorum bannitorum repreſſum eſt. Illico
Leodienſes, & de quo major rumoris ſini-
or aures cunctorum invaſerat, Francorum
ex Ludovicus palam cœpit, non obſtan-
: fœdere, lanceam levare contra Ducem
arolum, à quo paulo ante contractus pa-
s ita firmatus erat, quod idem Rex li-
entiam dederat ipſi præfato Duci novo
onſalia contrahendi cum domina Mar-
areta, filia Richardi, quondam Ducis de
orck, ſorore Regis Eduardi Regis An-
liæ regnantis, & plura alia conceſſerat.
nde ſtupefactus Dux Carolus, celebratis
eqniis patris (anno ſequenti 1468.) fe-
cunctis Nobilibus & feudalibus, ſibi ad-
nctis, ſolemnem celebravit Brugis cu-
am ſuper Ordine Velleris aurei renovan-
c & reparando: ubi pœne omnes com-
ruere, demptis Ioanne Nivernenſi Co-
ite, nec non Ioanne de Croy, Comite de
rſennis, cum fratre ſuo. Quibus dele-
& proſcriptis, eo quod mediantibus
; orta fuerit dudum diſſenſio, ſuſceptus
Rex Angliæ, Rex Neapolis Ferdinan-
, & plures alii tam Reges quam Baro-
& Principes potentes admiſſi ſunt in
nfraternitatem præfatam Ordinis ce-
rati de novo: pauloque poſt contracta
per verba de futuro, ſponſalia inter

Carolum Ducem Burgundiæ,& dominam Margaretam de Yorck. Quibus compertis, Rex Francorum movit exercitum contra Ducem. Similiter & Leodienſes rebelles in Epiſcopum & Ducem Burgundiæ, cœperunt palam infringere facta fœdera tempore Philippi viventis. Verum tamen hoc anno quamvis ad arma ruiſſet utraq; pars, non eſt tamen ventum ad pugnam, eoquod Nobiles Franciæ, ſcilicet Carolus Dux Bituricenſis, frater Regis, & plures alii, partem Regis declinantes, receſſerant, & ad Ducem Britanniæ ſe receperant: & hinc inde per mare, per terram, miſſis Ambaſſationibus, econverſo colligati Principes, dudum conjurati, inviolabiles adunateſtare contra furorem Regis maluerant, & pacem obſervare cum Duce Carolo, quem Rex contra fas deturbare contendebat. Porro ad curiam Ducis venit Philippus Miles nominatiſſimus, frater Ducis Sabaudiæ, relinquens partem Regis, quanquam idem Rex ſororem ejus haberet uxorē, & ab eo cum proviſione ſuſceptus eſt, factuſque Gubernator Ducatus Burgundiæ ad quem contra incurſum Regis Francorum tuendum & defendendum idem Philippus directus eſt, & aliquantulum fidelis, non tamen uſque in finem permanſit.

Hoc anno ſexus hominum atque mulierum variatione ſuperba ſe gerere cœpit, taliter in veſtitu & amictu, & vanitati parere pluſquam antea, per quoſcumque viſum ſi-

it: pudorque receſſit à fœminis, & in omni ſtatu deformitas apparuit.

Anno Domini M. CD. LXVIII. Vigeſima quinta menſis Iunii Margareta de Yorck ſponſa Ducis Caroli, cum apparatu ecenti ab Anglia per mare deſcendit in landriam & apud villam de Damme juxta rugas legaliter copulatur præfato Duci, er Epiſcopum Salisbery. Venerunt autem lures Nobiles cum ea, videlicet duo fraes Reginæ Angliæ, comites de Wyduil- & de Schalles, dominus de Cres, domius Ioannes Havent Admiraldus Angliæ, ominus Thomas Montgomey, cum muls aliis, qui probitatem militiæ in torneaentis & haſtiludiis oſtentavere. Venit eam cum præfata ſponſa, nova Duciſſa Burundiæ, Ducissa de Nortfolc, & alii plus. Porro cum Carolus duxiſſet uxorem am de Damme in curiam ſuam Brugis, uam de novo tam pater ejus Philippus deinctus, quam ipſe reſtauraverat, 15. ſeentibus diebus tanta magnificentia cebrata ſunt ſponſalia in apparatu pompoſimo, ut vix credibile foret narratu, aliter humanum ingenium ſufficeret rum adminiſtrationi. Triginta enim ves, & totidem turres cum diverſis arorum patriæ inſignibus, nominibus exſſis, reſidentibus menſæ cibaria ferre mo videbantur. Deinde ſingulis diebus gulorum genera animalium mira jucunate fercula miniſtrantiũ producta, con-

vivantes lætificavere. Tandem turris de Gorkem adducta, cujus ex arce ſpeculatores verba ſuo propoſito pronuntiavere, & ex feneſtreolis ſylveſtres capræ vel alia quævis animalia tubis clangentia vel fiſtulis ſe propoſuere. Acceſſerunt & piſces diverſarum ſpecierum: ſed & animalia majora, quemadmodum elephantes & diomedarii, deferentes eorum Nobilium arma, qui cum Iaſone & Hercule vellus aureum quæſivere. Obiit tunc Brugis dominus Iacobus frater Ducis Borboniæ, nepos Ducis Caroli, Epiſcopus Leodienſis, præfati defuncti frater, inſidias paſſus à ſuis Leodienſibus, ſubſidium imploravit à Duce Burgundiæ, in Hollandia juſtitias & judicia perpetrante: qui veniens Bruxellas in Brabantia, collegit exercitum, & armaturam validiſſimam collocat contra Leodienſes ad finitimas oras Brabantiæ & Hannoniæ. Hic animadvertens, edicto Regis Franciæ conveniſſe Francos in exercitum gravem, progens contra eos non minori gravitate exercitus, caſtra metatus eſt juxra villam de Perona; ubi & campum ſervans, Regis potentiam expectavit: qui Rex non longe cum ſuo ſe ſervabat exercitu. Hic non ſatis tutum ratu congredi ſed tutius pacem contrahere, e quod frater ejus cum Duce Britanniæ para tus fuit in caudam percutere. proprio nu tu, ſecum aſſumptis paucis Nobilibus, præ miſit nuntios ad Ducem Burgundiæ, qua

iter depoſiturus arma veniret, ut pacem
iniret, & fœdus perpetuum cum eo fir-
maret, ſuper omnibus querelis cupiens
Duci ſatisfacere. Quod revera mox, divi-
na opitulante gratia, factum fuit. Dux ve-
ro ante ſibi, quam ad expeditionem hanc
proficiſceretur, reconciliatos fecerat do-
minum de Simay, & dominum de Quier-
ram, filium Comitis de Simay. Rege igi-
tur & Duce villam de Perona pariter in-
greſſis, & ad horam trahentibus morulas,
illico delata ſunt nuncia ſuper facto Leo-
dienſium, qualiter videlicet Raſo Capita-
neus cum magno numero Leodienſium
villam Tongrenſem in deditionem acce-
perat, & Epiſcopum cum quibuſdam No-
bilibus captivum abduxerat Leodium, ce-
teris interfectis. Quæ res commotos red-
didit Regem & ceteros Principes. Unde
Dux Carolus, qui dudum ſuſpectum Re-
gem Franciæ veluti fautorem exceperat,
jam contra Leodienſes invaſorem ſecum
accepit. Nam tota ſe Duci Regia obtulit
majeſtas in oppugnationem & everſionem
prædictorum Leodienſium. Igitur præ
ſtupore cunctos utriuſque exercitus admi-
ratos tuba proclamavit. Levatis igitur
exercitibus, per Viromandiam & Hanno-
niam venitur ante Leodium fere 23. die
menſis Octobris. Videntes autem Leo-
dienſes Regalia ſigna eminere, fortiſſi-
mumque Ducis Caroli exercitum diſper-
ſum ſubmænia appropinquantem ad ca-

piendum in manu forti civitatem; ſpe pacis ac concordiæ captivum emiſerunt Epiſcopum. Quo ſalvo, proceditur machinis bellicis contra civitatem, & à tribus locis obſeſſa fortiter impugnatur Defendentibus autem ſe Leodienſibus, fictumque adeſſe Regem Francorum exiſtimantibus, in oppugnantes opprobria conjecere. Quibus omnibus non obſtantibus, non ſine damno Burgundorum, qui acrius oppugnabant, ut civitas præfata capitur, ſpoliatur, ac devaſtatur. Verum inter oppugnandum miranda quorumdam Leodienſium fuit audacia, qui fere 500. viri fortes tentarunt irruere noctu, atque Regis & Ducis ingredi tentoria. Sed armorum vi, cum damno tamen, repulſi ſunt, ac infra civitatem ſe dedere coacti. Sequenti vero die Dominico diluculo, factus eſt generalis aſſultus, in quo pluribus proſtratis, aptatis ſcalis & erectis in manu forti, fugientibus pluribus, tam per Moſam quam per portas patentes, civitas in deditionem miſeranda ſtrage reducta eſt. Rex igitur Francorum chimiram ſive ſignum S. Andreæ, quod erat Ducis Burgundiæ, ſuſcipiens, cum ſuis omnibus ingreſſus evaginato gladio, donec in medium fori veniſſent, clamant in ſignum victoriæ, *Vive Bourgoigne, ville gaignée.* Hinc Francis, illinc Burgundis per totam civitatem diſperſis, in cæde vel flamma, nec non ſubmerſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ne graſſantibus, vix ſexui indulgetur in impetu. Tandem tractuntur irreverenter matronæ, ſanctique viri cum virginibus, ex edicto tam Regis Francorum quam Ducis Burgundorum prohibetur. Sed illo non obſtante, cædibus & rapinis inhiantes nulli pepercere ſexui, quin etiam ſacras violabant domos, donec pæne cuncta portabilia ſeu mobilia bona navibus ac curribus injecta abducerentur: & tunc pars maxima civitatis ejuſdem igni conflagrata eſt. Sic recedens Rex, in Franciam perrexit; Dux vero Burgundiæ verſus Ardennam, fugitivos & fortalitia patriæ demoliturus: compertum enim erat, plures Leodienſium aufugiſſe. Regreſſus autem per vaſtatam civitatem, juſſit quod reſiduum erat, demptis Eccleſiis, flamma conſumi, & ſolo adæquari. Raſis igitur portis & muris omnibus, relictiſque ſtipendiariis cum Capitaneo, movit exercitum a patria illa deſolatiſſima, & per Brabantiam ivit in Flandriam, & in Gandavum ſe recepit. Vbi ad eumdem Ducem plures è diverſis mundi climatibus applicuerunt. Inde Brugas veniens, in ſignum victoriæ Peronam, alias à Leodienſibus delatam, ſuper burſam erigi fecit: cui verſus hi legebantur inſcripti:

Deſine

Deſine ſublimes in auras tollere vultus.
Noſce meo exemplo, nec dare firma Deos.
Nobilitatis ego Leodis venerabile ſignum,
Gentis & invicta gloria nuper eram.
Sum modo ſpectaculum ridentis turpe pepelli,
Et teſtor Caroli me cecidiſſe manu.

Fertur autem infauſtiſſimo hoc tempore malum hoc civitati Leodio eveniſſe Cleri demeritis, qui proprium Epiſcopum Ludovicum de Borbonia, nepotem Caroli Ducis, pluries repulerat, nec non vulgus contra Ducem in pugnam excitarant. Quonam autem modo tractatum ſit inter Ducem & nepotem ſuum EpiſcopumLeodienſem ſupra nominatum, aut quibus articulis patria illa poſt everſionem redacta ſit in ſubjectionem, ad plenum enarrare, longum & prolixum valde foret: hoc tantum ſufficit, relictum ſcire dominium ejus in manibus Ducis Caroli, qui & hodie uſque ſuos in eo collocat Iuſtitiarios.

Fuit autem his temporibus magiſter quidam ex Hannonia de Augia, qui ſuper excidio Leodienſium in honorem Ducis quædam metrice compoſuit, inter quæ hæc deſcripta reperi:

Magnificus Princeps, dudum qui fortius egit,
Indomitos Legios nunc legibus inſtruit apte,
Pontificique ſuo concordans, ante rebelles,
Si tempeſtive correxiſſent malefacta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Et bona juſtitia ſuperaſſet tunc violantes,
Non perveniſſet, quo perveniunt miſerandi,
Exemplar facti cunctis fere qui modo vivunt.
Heu male conſulti Legii, ſed lege carentes:
Cur defamaſtis, quem decet altus honor?
Nam Leo rugitum dans, totum clima movebat,
Nec tulit impune prænocuiſſe ſuis.
Quis niſi mentis inops illi reſiſtere vellet,
Quem Regeſque Duces, & metuunt & amant?
Nemo modernorum valuit ſuperare potentem,
Nec debellabit fortior ullus adhuc,
Non ſua poſſedit præſtantior omnibus uſque,
Dux, Leo quam Carolus. quo pie nunc regimur.

Hæc de Leodienſibus dicta ſufficiant.

Clavo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

CLARORVM LEODIENSIVM VITÆ Et SCRIPTA.

Auctore

VALERIO ANDREA.

ADELMANNVS, ex Clerico & Scholaſtico Leodienſi Epiſcopus Brixienſis, ſcripſit, adverſus Berengarium Turonenſem,

De corpore & ſanguine Domini, librum, Lovanii editum, cum aliis ſimilis argumenti libellis, edente & cenſente Ioan. Vlimmerio, 1561. 8. legiturque in magnâ Bibliothecâ Patrum, Pariſijs & Coloniæ edita.

Scripſiſſe quoque fertur *Epiſtolarum* librum.

Claruit an. Chriſti, cIↃ XL. Fulperti Carnotenſis Antiſtitis quondam auditor, & Berengarii in ſtudiis ſocius, teſte etiam Trithemio.

Adrianus de Veteri Buſco, Religioſus monaſterii S. Laurentij propè Leodium, ſcripſit *Chronicon Leodienſe* ab an. 1449. quo Ioan. Stabulanus ejuſdem loci monachus deſiit, ad an. 1483.

Editum

Editum cum aliis rerum Leodienſ. Scriptoribus.

Ægidius Leodicenſis, Vallis aureæ in Ducatu Luceburgenſi, Ciſtercienſis ordinis, Monachus, ſcripſit fusè, ad Mauritium Canonicum Regularem Novi monaſterij, apud Hujum opidum ſiti,

Hiſtoriam Epiſcoporum Tungrenſium, Traiectenſium & Leodicenſium, a S. Materno, primo Tungrorum Epiſcopo, ad annum ſalutis cIↃ ccLI. Ex ea

Vitam & Martyrium S. Alberti, Card. & Epiſcop. Leod. primum edidit Aub. Miræus. Hiſtoriam verò ipſam eruit Ioan. Chapeavillius, cum aliis id genus Scriptoribus, Herigero, Notgero, Anſemio, cum Notis Leodici, 1613. 4. Vivebat *Aegidius*, an. cIↃ ccLI.

Algetus, ex Leodienſi Canonico ac Scholaſtico, monachus ſancti Benedicti, cœnobii Cluniacenſis, floruit circa annum Domini, cIↃ c xxx ſcripſit contra Berengarium hæreticum,

De veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, libros III. excuſos primùm Antverp. 8. ex Eraſmi recognitione, poſt Lovani, 1561. 8. cum aliis ejuſdem argumenti Scriptoribus, recenſente Ioanne Vlimmerio. Meminit illius Petrus Cluniacenſis, lib. 2. contra Henricianos De ſacrificio Miſſæ; & ſcripſiſſe

ſiſſe ait *optimè*, *pleniſſimè*, *perfectiſſimè*; Lanfrancum verò *benè*, *plenè*, *perfectè*; Guitmundum, *meliùs*, *pleniùs*, *perfectiùs*. Obſervet tamen pius Lector quædam cautè & cum cura in *Algero* legenda,' ut cum lib. 2. cap. 1. ſcribit ſpecies ſacramentales non poſſe corrumpi, vel rodi à muribus, quod falſum eſt. Monuit id Rob. Bellarmin. lib. De Script. Eccleſ. quem vide.

Scripſit præterea *Algerus*,

De Gratia & libero arbitrio

De miſericordia & iudicio libros III. qui MSS. adſervantur in Bibliotheca Villarienſi, Ciſtercienſis in Brabantia cœnobii; præmittiturque Nicolai Leodicenſis epiſtola, quâ quanti apud Eburones nominis auctor fuerit, oſtenditur.

Mortuus eſt ſub ſancto Petro Majoricio Abbate, cum à ſancto Patre Hugone veſtibus fuiſſet religioſis indutus, teſte Petro Cluniacenſi lib. Miraculorum.

Anſelmus decanus ad D. Virginis Namurci, & Canonicus ac Scholaſticus Leodicenſis in D. Lamberti, rogatu Idæ, cœnobii Cæciliani apud Colonienſes Abbatiſſæ,

Epiſcoporum Leodicenſium res geſtas ad ſua uſque tempora deſcripſit, à S. Theodardo ad obitum Waſonis Epiſcopi, qui in annum Christi CIↃ C XLVIII. incidit:

cidit: quod Harigeri (cujus etiam hiſtoriam continua orationis ſerie ſcriptam in ſectiones ſive capita diſtinxit) auctarium eſt; in quo nihil poſuiſſe ſe ſcribit, Epiſt. ad Annonem Archiep. Colonienſem, *niſi quod aut legiſſet, aut certa fidelium perſonarum relatione didiciſſet, aut certè præſens ipſe vidiſſet & audiviſſet*.

Floruit *Anſelmus* an. D. cIↃ c L. Meminit Sigebertus & Trithemius.

Antonius Genardus, Canonicus & Pro-Decanus Leodicenſis ad D. Lambertum, ac S. Theologiæ Profeſſor: Vir doctrina, ſolertia, modeſtia inſigni, ac pravitatis hæreticæ Inquiſitor, Conc. Tridentino interfuit. Enchiridio Sacerdotum, à Guidone de Monte Rocherii, anno cIↃ ccc-xxxiii. conſcripto, adjunxit.

Ritum celebrandi SS. Miſſæ officium, juxta mortem diœceſis Leodicenſis, à ſe digeſtum. Adjecit & *Hildeberti* Cenomanenſis Epiſcopi poema elegantiſſimum *De officio Miſſæ*, antea non editum. Antver. apud Ioannem Bellerum.

Deceſſit an. D cIↃ IↃ xcv, ætatis lxxiii Kalend. Martiis.

OCCIdIs AntonI MartI Vt Venerande CaLendIs,
InCLIta fLet VIrtVs heV pIetatIs apeX.

ſepultus in Cathedrali Æde, D. Lamberto ſacra.

Bartholomæus Honorius, Leodius, congre-

gationis Fratrum D. Hieronymi, dedit carmine,

Admonitionem ad Fratres inferioris Germaniæ, Silvæducis editam.

Durandus, ex Henrici II. Imper. Cancellario Leodicenſium Epiſcopus, ſcripſit ad Henricum Regem.

Epiſtolam De corpore & ſanguine Domini, contra Brunonem, Andegavenſem Epiſc. & Berengarium, Turonenſem. Inſeruit eam Annalibus ſuis Baronius, ad an cIↄ xxxv. Legiturque Tomo III. Biblioth. Patrum, poſtremæ editionis. Ceterum alius ab hoc fuit *Durandus à S. Portiano*, Ord. Prædicat. Theologus, & Epiſcop. Meldenſis, doctrinæ D. Thomæ Aquinatis impugnator, qui floruit an. cIↄ ccc x. valdè ut mirer Ant. Poſſevinum in Apparatu ſacro unum eundemque facere *Durandum*, cum multis ſæculis diffideant.

Eckebertus, Clericus Eccleſiæ Leodicenſis, ſcripſit, teſte Trithemio.

De *Aenigmatibus Ruſticanis* lib. II. Vivebat. an. c Iↄ lx.

Eraſmus à *Choquier*, I.C. & Patricius Leodicenſis, Lovanii Iuris ſtudia tractavit eo profectu, ut inter Lytas ſive Baccalaureos principem locum Decanis obtinuerit. Scripſit

De Iuriſdictione Ordinarii in Exemtos, deque Exemptione illorum ab ordinaria. Colon. 1620. 4. apud Kinckium.

Franco,

Franco, Scholaſticus Leodienſis, ſcripſit, Sigeberto ac Trithemio auctoribus opus ſubtile,

De quadratura Circuli, lib. I. ad Hermannum Archiepiſc. Colonienſem.

De Computu Eccleſiaſtico, lib. I.

Exſtant præterea, *Franconis*, Scholaſtici Leod. nomine,

De Ieiuniis quattuor Temporum. MSS. Leodici, ad S. Laurentium.

De *Laudibus B. Mariæ Virginis*, M.S. in monaſterio VII. Fontium, apud Bruxellam.

Vivebat an. D. cIↄ LX. ſub Henrico Imperatore.

Georgius Halonius, Leodicenſis, Doctor Theologus & Canonicus Cameracenſis, Poëta Tragicus edidit Tragœdias III. ſacras, verſu ſcriptas cum erudito, tum gravi & apto gravitati ac cothurno Tragico: quarum hæ ἐπιγραφαί, *Laurentias*, *Lambertias*, & *Catharina*. Antverp. apud Ioan. Bellerum, 1556. 8. Luſit Tragedias illas Lovanii, cum à ſtudiis eſſet Comitis Barlemontii filiis.

Gerardus Corſelius, Leodicenſis, *Ioan. Vuameſii*, I. C. celeberrimi è ſorore nepos, partim Treveris, partim Lovanii, Porcenſi in gymnaſio, Philoſophiæ Peripateticæ operam dedit, & annos aliquot eamdem tradidit. Græcas hinc litteras in Collegio Trilingui Buſlidiano ſexennium totum è ſuperiori loco interpretatus, & in Auſpiciis dixit, anno cIↄ Iↄ XCII. prid.

Nonas Martii. Iuris interea Lauream, & mox an. cIↄ Iↄ xciv, vi Non. Februarii Doctoris titulum cepit: ac prima Iuriſprudentiæ elementa annos plures cum laude fructuque explicuit. Demum ex Anteceſſore Iuris Civilis primario ad ſupremum Belgicæ Senatum an. cIↄ Iↄc xvii. vocatus eſt, ac v. Kalen. Iunias ſcholæ Academiæque Oratione ſolemni valedixit: conſtitutus paucis pòſt annis ſecretioris Conſilii Aſſeſſor Bruxellæ. Vir in quo an Doctrinam ſummam admireris, an cum Doctrina junctam Modeſtiam atque Candorem ſuſpicias, merito dubites; uno verbo *Corſelius* Academiæ, dum in ea vixit, Cor & ἥλιος fuit, atque octavùm Rector præfuit. Legitur illius *Oratio in Funere magni Iuſti Lipſi* habita, edita Rivii typis, 1606. 4. & Plantin. in Fama poſtuma ejuſdem. Præterea

Indicem Legum & Capitulorum ſelectiorum, adſcriptis auctoribus Collegio Baccalaureorum I. V. dedit Ibid. 8. apud Rivium.

Molitur editionem *Prælectionum in Codicem Iuſtinianeum*, dum à negotiis publicis otium eſt: opus præclarum, & Iuris Romani, veteris novique theſaurum.

Gerardus Leodicenſis, Ord. Ciſtertienſis, ſcripſit

De Remediis contra amorem illicitum. MS. Audomaropoli, ad S. Martinum.

Gode-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Godeſcalcus, Leodicenſis eccleſiæ Diaconus, & Canonicus, ſcripſit tempore Caroli Magni, juſſu Agilfridi Epiſcopi ſui.

Vitam S. Lamberti, Epiſcopi Leodicenſis. Molanus ad Vſuardum, 17. Septembris, & Baronius ad Martyrol. Rom. Floruit circa an. D. Iↄ. cc. lxx.

Henricus Farneſius, (in patria *Furnius* cognomento) Leodicenſis, I. V. Doctor, & Artis Oratoriæ Interpres Regius Ticini, apud Inſubres: ſcripſit.

De imitatione Ciceronis, ſeu *De ſcribendarum Epiſtolarum ratione.* Antver. apud Ioan. Loëum, an. 1571. 8.

De verborum ſplendore & delectu, Appendices duas ad Ambr. Calepini Dictionarium, Venetiis editum, 1590,

De Simulacro Reip. ſive *de Imaginibus Politica & Oeconomica Virtutis* lib. IV. Papiæ, 1595. 8.

Diphtheram Iovis, ſive *de antiqua Principis Inſtitutione* lib. III. Mediolani, 1607. 4.

In fata conceſſit, an. D. cIↄ. Iↄc. xiv. in Italia.

Hubertus Thomas, Leodius, à Secretis fuit Frederico Comiti Palatino: ſcripſitq;.

Commentarium de Tungris & Eburonibus, Argentorati, 1541. 8. & Antver. typis Plantini.

Iacobus Hembricourtius, Eques ord. S. Ioan. Ieroſolymitani ſeu Melitenſis, ſcripſit Gallicè,

Speculum nobilium familiarum Hasbaniæ & ditionum vicinarum, ab an. 1353. uſque ad an. 1398. quod Leodici & alibi paſſim manuſcr. viri nobiles tranſſcriptum legunt. Vixit auctor Leodici, ad annum cIɔ. ccc. xcv i i i.

Ioannes Bapt. à Glano, Leodicenſis, Doctor Theol. Sorbonæ Pariſienſis, Ordin. Eremit. S. Auguſtini per Belgium ſecundum Provincialis: Vir demiſſione animi & doctrina inſignis, quarum in illo inter ſe certamen erat. Vnde quidam de eodem recte ita cecinit:

Cōtinet invitā tua, Glane, *modeſtia linguam:*
Plus tamen interdum, qui tacet, inſinuat.

Scripſit idiomate patrio pleraq;, typis edita:

Hiſtoriam Pontificum Romanorum, ſeu Demonſtrationem veræ Eccleſiæ à Chriſto fundatæ.

Oeconomiam Chriſtianam, libris 8.

De *Officio Puellarum*, lib. 2. Prior informat eas, quæ nuptiis deſtinantur: poſterior eas, quæ virginitati perpetuæ.

Europam: de Ritibus, Cærimoniis & Veſtibus ejuſdem.

Commentarios in Pentateuchum, *Exodum*, lib. *Regum*, qua erat modeſtia animi, ad mortem uſque ſupprimi voluit; leguntur que Leodici, apud ſui Ord. Sodales.

Deceſſit in patria, an, D. cIɔ. Iɔc. xvi i.

Ioannes Bruſtemius, Franciſcanus Trudonopolitanus, ſcripſit ad Georgium Auſtrium, Epiſcop. Leodicenſem,

Res

Res geſtas Epiſcoporum Leodicenſium & Ducum Brabantiæ, à temporibus S. Materni ad annum 105. Floruit an. cIↄ. Iↄ. XLV. Exſtat MS. Leodici, apud V. CL. Io. Curtiū.

Ioannes Chapeavillius, Eburo, S. Theol. Licent. Lovanienſis, Canonicus & Archidiaconus in D. Lamberti, ac Vicarius Epiſcopatus Leodicenſis: vir eruditionis exactæ, judicii ſubacti, ſive ea tractet ſtudia, quibus ad pietatem & Eccleſiæ munia rite obeunda informat parochos; ſive patriam illuſtret & cenſeat hiſtoriā: ſcripſit

Tractatum de Caſibus, ut vocant, *Reſervatis*, in uſum præſertim Eccleſiarum Belgicarum. Leodii, 1596, 8.

Elucidationem Scholaſticam Catechiſmi Romani, ad captum parochorum, &c. Ibid. 1600. & 1603. 8.

Summam Catechiſmi Romani, in gratiam Ordinandorum. Ibid. 1605. 8. Præterea

Vitam & Miracula S. Perpetui, Epiſc. Trajectenſis, lib. peculiari conſcr. an. 1601

Epiſcoporum & rerum Leodicenſium Scriptores varios uno ſimul faſce edidit, cum Notis & Cenſuris, Ibid. 4. 1612. 1613. 1616. Tomis III. Et

De prima & vera origine Feſtivitatis SS. Corporis & Sanguinis Domini: ex Hiſtoricis & documentis variis ac probatis: Tomo II. Script. Leodicen.

Inter vivos eſſe deſiit, an. D. cIↄ. Iↄc. XVII.

Ioannes à Checquier, patricius Leodicen-

dicenſis, I. V. Doctor, & ad S. Paulum Canonicus, I. Lipſii lineas ſecutus, quem Lovanii doctorem atq; amicum habuerat.

Theſaurum Aphoriſmorum Politicorum omnis ævi exemplis inſtruxit: cui inſertæ Notæ, ſive etiam Monita, ad inſtitutionem Principum, Conſiliariorum, aulicorum. Adjecit *Onoſandri Strategicum*, ſive de Imperatoria inſtitutione: & *Notas* militares ſive *Diſſertationes* ad eumdem, primum Romæ an. 1610. dein Leodii ac Moguntiæ ſimul edidit.

Tract. ejuſdem *De Permutationibus Beneficiorum* excudit Leodii Hovius, 1616. 8.

De re Nummaria priſci ævi, collata ad æſtimationem monetæ præſentis; Coloniæ, Kinckius, 1620. 8.

Commentaria in Gloſſemata Alphonſi, Soto, quæ ille in *Regulas Cancellariæ* Apoſtol. olim ſcripſit, 1621. 4.

Rurſum, *De Precibus*, ut vocant, *Primariis Imperatoris*, in 4. eodem anno.

Ioannes Hogen, deduxit *Chronicon Leodienſem*. à tempore Adulphi ad ſuam ætatem. Exſtat Manuſcr. Lovanii in Collegio Societ. *Ieſu*.

Ioannes, Leodicenſis Epiſc. Guidonis Flandriæ Comitis Fil. obiit anno cIↃ. cc. xcii. ii. Idus Octobris, Epiſcopatus XI. Hujus eſt liber, qui typis editus circumfertur, & inſcribitur, *Statuta Synodalia Ioan. Epiſcop. Leodienſis*: editus Lovanii, 1500. apud Theod. Aloſtenſem,

Ioan-

Ioannes Marchinellus, Carmelita Leodicenſis, ſcripſit

De Pugna Spirituali.

Quæſtiones Theologicas.

Sermones ad populum. Et alia:

Vivebat an. Dom. cIↄ.cccc.x.

Ioannes Oranus, Leodicenſis, Societatis *Ieſu* Theologus; à Superioribus in Gallias miſſus Biturigis vixit, Iacobo Cujacio Iuriſconſultorum principi admodum familiaris, eidemque à Confeſſionibus. Ex Hiſpanico *Pet. Ribadeneira*, ejuſdem Societ. Latinos reddidit.

De Officio Principis Chriſtiani & Inſtitutione ejuſdem libros 3. adverſus Machiavellum. Antverpiæ apud Troguæſium. 1604. 4. Coloniæ, & alibi.

Edidit præterea *Defenſionem* brevem *pro Societatis innocentia.* Idemque *Epiſt. De rebus Iaponicis, Magarenicis & Chinenſibus.*

Ioannes Politus, Leodius, I. V. Doctor, Erneſti Bavari, Electoris Colonienſis & Leodicenſis Principis, Hiſtoricus, & Poëta non inelegans, luſit variis Epigrammatibus & Chronographicis verſibus.

Panegyricos ad Chriſtiani orbis Principes, & Ubiorum atque Eburonum aulæ primores. Coloniæ, 1589, 4. Scripſit etiam.

Inaugurationem Erneſti Bavari, Leodicenſium Epiſc. ac Principis, verſu & proſa. In qua quædam *De Leodinæ urbis Auſpiciis*; & *De Bojorum Origine.* Ibid. 1583. 8. apud Gymnicum.

Ioannes Stabulanus, cœnobii S. Laurentii Leodici monachus, ſcripſit

Chronicon Leodicenſe, à S. Materno ad an. Chriſti cIↄ.cccc. x i x. quod ibidem Manuſcr. adſervarum, editum nuper cum reliquis rerum Leodicen. Scriptoribus, cura Ioannis Chapeavillii.

Obiit an. Dom. cIↄ.ccc c. xlxix.

Ioannes VVameſius, Leodici Eburonum, an. Dom. cIↄ.Iↄ.xxiv. natus eſt. Lovanii à Philoſophia optime efformatus, litteraturæ melioris, & linguæ ac Iuris utriuſque notitiam ſingularem aſſecutus eſt, uſus lare & familiaritate Rutgeri Reſcii, viri doctiſſimi: quo etiam elato, in *VVameſii* poſtea manum vidua convenit. Doctor Iurisutriuſque renuntiatus eſt an. cIↄ.Iↄ. liii. ad diem xxix. Auguſti, cum Ioachimo Hoppero, Ioan. Venduillio, & Perro Pecquio, viris præſtantiſſimis & ad ſumma natis. Solus *VVameſius* ſe totum Academiæ vovit, licet vocatus quoque ad ſumma. Biennio itaque poſt in Profeſſorum numerum cooptatus fuit, quos Ordinarios vocant, & Ius Civile annos ſedecim interpretatus eſt. Inde primarius Canonum Antecеſſor, an. cIↄ.Iↄ. lxx. deſignatus r munus illud annos viginti cum laude & fructu obiit. *Primoribus gratus, vulgo venerabilis, omnibus carus, breviter Doctrina, Prudentia, Auctoritate inter ævi ſui primos.* Obiit diutina invaletudine, an. Dom. cIↄ.Iↄ. xc. xi. Kalend.

Sex-

Sextileis : ſepultus in D. Petri baſilica, ubi inſigne monumentum ab hæredibus eidem poſitum, cũ elogio: quod hic ex parte deſcriptum. Et certum in *VVameſio* ſumma erant omnia, quæ in vero Iuriſconſulto effigiando deſideres. Ingenium promptum & facile, judicium acre, memoria rerum ſumma, & vere qualis Iuriſconſulto in primis neceſſaria, labor indefeſſus, nulla à ſtudiis, à legendo ac ſcribendo requies, ne iſta quidem ætate graviore, ac grandiore, & fracto corpore ab acutiſſimis podagræ doloribus pæne continuis. Ad hæc par in utroque jure doctrinæ eminentia, quod per quàm rarum ne dicam inſolens in pleriſque ætatis noſtræ Iuriſconſultis: rerum forenſium uſus ſingularis, mira in actionibus facilitas & promptitudo, & cum his non moroſe aut dure fluens eloquentia : ut unus eſſet & eloquentium Iuriſperitiſſimus & Iuriſperitorum eloquentiſſimus, quorum alterum de Craſſo, alterum de Scævola dictum olim fuit. Dubites merito, ſcholæ an Reip. idoneus magis eſſet. Vt verbo dicam, ad unicum fere *VVameſium*, non tantum cum de jure reſpondendum eſſet, ſed & in iſta rerum perplexitate & nutantis Belgii ſtatu velut ad oraculum itum eſt. Quo factum, ut nomine Philippi II. Regis Catholici, à Sereniſſimo Ioanne Auſtriaco Pro-Rege ad ſecretioris conſilii Senatum evocatus fuerit : *VVameſio* interim maxime laborante,

laborante, ut ab illo honoris onere eximeretur; mirum quanta verecundia, quantaque modeſtia. Moriens V V. CLL. Stephano Weymſio & Gerardo Corſelio, I. V. Doctoribus, affini & nepoti, reliquit ſcripta ſua atque ingenii monumenta: in quibus *Reſponſa* eminent, docta profecto & è plena Iuris-ſcientia deprompta: quorum pleraque, præſertim quæ ex judicialium actorum meritis compoſuit, eſſe poſſint ad inſtar Senatuſconſultorum, quæ Arreſta vocant: quæ & finis litium plurimum approbavit. & id ipſum præfando atteſtatur Weymſius. Lucem viderunt, ſtudio & cura ejuſdem.

Recitationes ad Tit. Decretalium *De Appellationibus*. Lovanii, 1604. 4. apud Rivium.

Reſponſorum, ſive *Conſiliorum de Iure Pontificis*, Tomi II. ordine librorum & Titulorum, qui in Decretalibus. Ibid. 1605. & 1618. fol.

Sequentur alii Tomi, Centuriis aliquot diſtincti, quibus continentur *Reſponſa*, ſive *Conſilia de Iure Civili*; quæ ad ordinem Iudiciarium, ad Contractus inter vivos, ante nuptiales & ad ultimas voluntates, quæque ad Contractus ex delicto ſive materiam criminalem pertinent.

Lucem quoque videre geſtiunt *Prælectiones* abſolutiſſimæ *ad Tit. D. De Verborum Obligationibus*, & ad Tit. *De Verborum ſignificatione*.

Lam-

Lambertus Leodicenſis, Monachus S. .aurentii, in cœnobio Tuitienſi, Ord.S. enedicti, claruit anno Dom. cIↃ. cc. xx. ıb Werimboldo III. Abbate. Scripſit, ræter *Hymnos & Epigrammata*.

De Vita S. Hereberti, Archiepiſc. Coonienſis, libro 2. Meminit Molanus ad Vſuardium, 16. Martii, & Arn. Wionus n Ligno Vitæ ſive libro de Illuſtribus Benedictinus.

Memoratur quoque *Lambertus* quidam *le Legia*, Ordinis Benedictini Monachus, qui *De Vita ac Miraculis S. Matthiæ* Apoſtoli, Carmine, & De S. *Agricio* lib. 1. ſcripſiſſe dicitur: Vixiſſe vero anno cIↃ. CCCC. LXXX.

Lambertus Parvus, Monachus cœnobii S. Iacobi in urbe Leodicenſi, inſtituti Benedictini, deſcripſit.

Res Geſtas Epiſcoporum Leodicenſium, ab an. IↃ. CCCC. LXXXVIII. uſque ad an. cIↃ. C. XCIV. quo e vita abiit. Exſtat manuſc. ibidem; & editus Leodici, cum aliis Rerum Leodicenſium Scriptoribus, Ioan. Chapeavillii opera, 1612. 4.

Lambertus Vlierdenus, I.C. Leodicenſis, luſit verſu heroico *Apotheoſim* & *Panegyricum*; illam *Erneſto Bavaro*, Electori Colonienſi & Principi Leodicenſi &c. hunc *Ferdinando Bavaro*, Leodici an. cIↃ. IↃC. XII. 27. Febr. inaugurato.

Laurentius Leodicenſis. cœnobii Laurentiani apud Leodicum Monachus, &

ad S.

ad S. Vitonum in Lotharingia: poſt Bertharium, & alium anonymum, ſcripſit

Geſta Epiſcoporum Virdunenſium, & Abbatum S. Vitoni, ab anno Chriſti cIↄ. ivIII. uſque ad annum cIↄ. c. xlvII. & quod excurrit. Leguntur ea Virduni in S. Vitoni cœnobio, & Leodici ad S. Laurentium. Laudat ea Richardus Waſſeburgius lib. de antiquit. Galliæ Belgicæ.

Libertus Houthemius, Leodius, congregationis Hieronymianæ in patria Rector, & Poëta Laureatus, edidit

Orationē in Natalem Chriſti. Antver. 1577

De Verſibus faciendis Compendium.

Ethicam vitæ Rationem, ſeu Moralia præcepta ſenariis comprehenſa.

Κακογειτνίαν ſeu *de mala. Vicinia* vicinos malos veluti catalogo recenſens, Montibus Hannoniæ, 1580. 8. apud Velpium: ubi tum Houdanæ ſcholæ Gymnaſiarcha erat. Obiit in itinere Romano, Roma rediens.

Nicolaus Oranus, Ordinis S. Franciſci Eccleſiaſtes, Conciones edidit de Adventu, quibus titulum dedit, *Exilium generis humani feliciſſimum*; Concionibus explicatum de miſericordia Dei erga primos parentes & eorum poſteros. Montibus apud Hannones, 1615. 8.

Notgerus, Epiſcopus Leodicenſis, cum Herigero, Lobienſi Abbate, ſcripſiſſe putatur.

Geſta Epiſc. Tungrenſium, Traiectenſium, & Leo-

& Leodicenſ. à S. Materni temporibus uſque ad obitum S. Remacli. MSS. Leodici in S. Martini Canonicorum baſilica, cum Notgeri Præfatione: ediditque cum cæteris rerum Leodicenſium Scriptoribus Ioan. Chapeavillius, Vicarius Leodicenſis, an. 1613. 4. Circumfertur etiam *Notgeri* nomine.

Hiſtoria Tranſlationis S. Landoaldi, Archiepresbyteri, *& Sociorum*, apud Surium 19. Martii, & Molanum ad Vſuardum. Herigero tamen, *Notgeri* præceptori, eam adſcribit Chronicon Gandenſe, ut *Notgeri* juſſu ſcriptam, & auctoritate munitam. Vide, quæ de Herigero alibi ſcribimus. Deceſſit *Notgerus* Leodici (cujus urbis alterum velut conditorem nominat in Faſtis Belgicis Aub. Miræus) an. Dom. cIↃ. C. VII. V. Idus Aprilis, conditus in S. Ioannis Euang. baſilica à ſe erecta.

Petrus Stevartius, Leodicenſis, Sacræ Theol. Doctor & Profeſſor in Academia Ingolſtadienſi apud Bavaros, ad D. Lambertum Leodici Canonicus, ad D. Dionyſium Præpoſitus, & Vicarius Epiſcopi. Scripſit

Explicationem brevem VIII. *priorum Capitum Epiſtolæ* D. Pauli *ad Romanos*, & ad publicam Diſputationem Ingolſtadii propoſuit: editam ibidem, 1586. 4.

Commentarium in Epiſtolas D. Pauli *ad Theſſalonicenſes*. Ibid. 1600. 4.

In epiſ.

In Epiſtolam ad Philippenſes. Ibidem 1595. 4.

In Epiſtolas ad Corinthios. Ibid. 4.

In Epiſtolam ad poſter. ad Timotheum. 1612. 4.

In Canonicam D. *Iacobi Epiſtolam.* Ibid. 1610. 4.

Orationem de Colloquio Ratisbonenſi. Ibid. 1602. 4.

Apologiam pro Societate Ieſu. Coloniæ, 1594. 4.

Præterea è tenebris eruit, Notiſque illuſtravit *Manuelis Caleca adverſus Græcorum errores* libros IV. Ingolſtadii, 1608. 4.

Item *Commentarium de Vita & rebus geſtis S. VValpurgæ,* Abbatiſſæ, Ord. S. Benedicti, auct. *VVolffrad Haſenrietano,* presb. Auguſt. Vindel. 1616. 4.

Denique *S. Eucherium Epiſc. Lugdunenſem de Vita D. Mauritii, Thebeæ Legionis Ducis,* primus vulgavit. 1618. 4.

Reginaldus de Alna, Ord. Ciſtercienſis, in Alnenſi cœnobio, apud Tudinium ditionis Leodicenſis opidum in multis cod. manu exaratis *Commentarium* ſcripſiſſe fertur *in Sapientiam Salomonis*: qui vulgo nomine Rob. Holcot circumfertur.

Simon Magnus, Leodicenſis, I. V. Doctor, ſcripſit

Methodum Artis Epiſtolicæ. Lovanii, apud Ioannem Bogardum, 1563.

Vitam Martini ab Aſpilcueta Navarri. Romæ evulgatam.

Ejuſ-

Ejuſdem *Manuale Confeſſoriorum ac Pœnitentium* politiore ſtylo & additionibus illuſtravit. Pariſ. 1587.8. apud Guill. Rovillum.

Stephanus, Epiſcopus Leodicenſis à S. Lamberto X. & Abbas XV. Lobienſis, Ord. S. Benedicti, à puero Mediomatrice (hodie Metis) educatus, ſcripſit ad Robertum Metenſem Epiſcopum, teſte Sigeberto.

Capitula ac Preces (*Collectas* vocant) *ſingularum in anno Feſtivitatum.*

Canticum de SS. Trinitate. Et de *Inventione S. Stephani Proto-Martyris.*

Vitam præterea S. *Lamberti*, *Epiſc. Leod.* à Godeſcalo Clerico ſcriptam incultius, deſcripſit urbanius, ad Hermannum Colon. Archiepiſc. Item *Cantum nocturnum* de eodem. Exſtat Vita à Surio edita, 17. Septembris.

Obiit anno Epiſcopatus XVIII. 14. Kal. Iunii. Electus Epiſcopus an. DCCCC. XV. Ex Sigeberto, & Fulcuino, Lobienſi Abbate, in Chronico.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

RAIMVNDVS MARLIANVS.

EBurones populi inter Belgas, gente, nomine & numero Germani appellati, Condruſis, Menapiis, Advaticis, Treveris, quorum clientes erant, & ſylvæ Arduennæ finitimi, nunc Leodienſes dicti, apud Gallos Liege. Horum maxima pars inter Rhenum & Moſam, qui ſcilicet Moſa fluvius eos alluit, his Sicambri, qui Gelrhenſes erant, Traſrhenani ſunt proximi. Civitas tunc Eburonum ignobilis atque humilis proximo Oceano & ſylvis, continenteſque paludes habebant. His duo reges præerant, quo magis conſtat eos fines quam latiſsimos extitiſſe quibus conjectura eſt Ducatum Lutzemburgenſem & Lotharingenſem, ac Iuliacenſis partem & Comitatum Namurcenſem, urbemque Aquiſgranum, ubi Imperatores ex more primam ſuſcipiunt coronam, incluſos extitiſſe ac quantum Diœceſis ipſa Leodienſis uſquequaque ſe extendit reges illos poſſediſſe.

CATA-

CATALOGVS ANTISTITVM, LEODIENSI,

Auctore

F. IOANNE PLACENTIO TRVDONENSE,

Ordinis Prædicatorii,

Cœnobij Trajectenſis ad Moſam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

CATALOGVS ANTISTITVM TVNGARORVM,

Auctore

F. IOANNE PLACENTIO TRVDONENSE,

ordinis Prædicatorii.

DIvvs Maternus Longobardus, patre Comite Papiæ prognatus: primo Treverenſium, deinde Colonienſium, poſtremo Tungarorum fuit Antiſtes. Succeſſit quippe clariſſimis viris Euchario & Valerio, quos ut fidei ſymmiſtas habuit, ita æmula utrumque virtute non dubitavit exprimere. Sed inuſitata planeque ſtupenda de hoc narrant hiſtoriæ. Factum anno nati Servatoris ſeptuageſimo primo, dum Romæ Simon Petrus Apoſtolorum Princeps, hos tres in Gallias penitiores delegaſſet euangelizandique cauſa, itineris partem confeciſſent, Maternus febre aduſtus, vita exceſſit. Flere Comites, & dolere vicem, neque velle ſibi temperare: quod tam expediti & ad quævis promptiſſimi: commilitionis paſſi eſſent jacturam. Quid facerent Romam repetunt & cum Apoſtolo quaſi expoſtulaturi, ſingultibus ſatagunt: ita ut ipſemet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

anxia quoque ſolicitudine congemiſcere, ſit coactus. Iam cadebant lacrymæ, & ſub maxillas ubertim ſuccedebant, quum Petrus nihil diffiſus eſt, auxilium Dei affore, tantum regrederentur, & pedo, quo utebatur, exangue corpus attingerent, hæc denique ſuo nomine perferrent. Materne ſerve Chriſti viventis ejus virtute te aſſurgere jubeo: cujus reſurrectionis, teſtis eſſe cœperas fidelis. Scriptu mirabile. Vix in eum modum recenſita ſerie, velut è ſomno expergefactus, aſtat rogat nunquid vellent. Vidit hæc ſuo fieri ordine, Elegia, caſtrum tunc Galliæ primarium: quo diebus quadraginta ſepultus fuerat. Tali nimirum, tamque munifica ſignorum corruſcatione opus erat Eccleſiæ auſpiciis, ut ſicubi eſſent, ut fit, qui ceptis oblatrarent, aut alioqui vi coërcerent: haberent illico qui auctoritate & ſignorum potentia occurrerent. Tametſi ea ſæcula, diabolaribus ita præſtigiis obſcurata fuerint: ut haud admodum iſta quoque danda viderentur mortalibus. Vnde mira quadam claritudine Treverim uſque progreſſi (quę Belgarum inclita civitas, etiamnum florentiſſima eſt) doctrina atque evidentia, veritatem Euangelii aſſerebant: è diverſo templorum pontifices, plebeculam concitabant, idolorum antiquitatem altius repetentes, ut parum abfuerit, quin eos lapidibus obruerent, niſi præſens deſuper omen affulſiſſet, quod barbare impeter-

petentium conatus, corrigeret vænis, nerviſque intolerabili dolore rigentibus. Neque enim brachia prius ad ſe revocare poterant quam divorum oratione licuiſſet. Hic primum videres novos vulgi aſſultus, voces exaudires, ultro invocantium baptiſma: tantopere, ut rarus quiſque imo nemo omnium qui hæc ſpectacula foverant ſalutis decreta neglexerit. Forte erat rivus mediam civitatem alluens, cui tunc vocabulum inditum eſt Olivæ: quaſi oleum multorum capitum imbibiſſet. Idcirco Epiſcopum ſibi cives beatum Eucharium conſtituerunt: quem rara ſenſerunt ætate & ſapientia præditum, cujus non eſt hujus loci laudes ac facta commemorare, mortem obiit anno ſalutis ſeptuageſimoquinto. Qui huic ſuffectus eſt Valerius: obiit anno nonageſimo, legitime ſuccedente Materno. Porro Idololatriæ lolium ægre extirpari poterat: unde pedetenim quod perduraverat, omne removit, & hydram in multa capita repullulaſcentem, clava & arcu, velut alter Hercules expugnavit. Sic brevi temporum curriculo, ſuperſtitionem clanculariam, qua domi ſuis adhuc claribus plerique devovebant, è medio abſtulit. ut jam tuto illuc amigrare poſſet, & aliis itidem civitatibus euangelizare regnum Dei. Igitur pervenit Coloniam uſque Agrippinam, & coitione prima, quam acerrimam Comicus vocat: cathedram ibi obtinuit anno ſalutis centeſi-

mo. Quo anno & Bonam ſalutari doctrina illuſtravit, indeque neceſſario Trajectum Betaſiorum penetrans oratorium via publica, Chriſto ſervatori nuncupavit in Cryptoporticu divi Servatii. Mox Tungaros adiit, & Epiſcopale munus haud difficile conſecutus eſt anno ſalutis c I. Nam ita illum fama præceſſerat, ita commendaverat incomparabilis vitæ ſanctitas: ut nuſquam non, ingentem ſui expectationem faceret, ædem Deiparæ virgini conſecravit: quam primam eſſe volunt infra Alpes tali titulo glorioſam. Fabuloſiora ſunt quæ de civitatis hujus ſitu exemplaria retinent, ut eſt de arce ac domicilio Octaviani: de vadis Oceani, de apotheca publica, quam ut hic mereantur locum, Saltem hoc nomine Tungrim cupio quam commendatiſſimam: quod chriſtianæ fidei primam mammam ſuxerit, qualiter ad nos uſque profluxit. Fervebat officiis vir Dei, jejuniis, orationibus ſanctis exercitiis incumbebat: neque aliqua ex parte laborare paſſus eſt gregem ſibi creditum. Nemini parcens omnium vitiis inſultabat: noverat enim uti foro cum bonis bene, cum malis itidem male. Et quod Paulus monet arguebat opportune, importune increpabat, obſecrabat rurſus. Interea ſic factis, ſermonem compenſabat, ut nullus tacito reclamare poſſet, & ab auctore quæ ſervanda proponebat, ſervata requirere. Vnde non incongrue ſuo vocabulo

ſatis-

ſatisfaciebat, aſſumendoſque putabat Maternus piarum matrum moreſque ubi præſagiunt incolumitatem periclitari filiorum. Primo quidem, compellatione intima, ſuum erga illos amorem argutant, tœdia expendunt: deinde proavorum imagines claritatemque familiæ ob oculos ponunt, tandem præmia quædam ſerio pollicentur, ita noſter hoc æmulari ſolitus eſt exoptatiſſimos filiolos, & eatenus parturire iterum atque iterum quatenus correptionem omnem, proficiſci intelligerent è corde ſibi pulchre affectato, & quodam modo genitali. Mox etiam ſanctorum exemplis animabat ad patranda paria ad hæc, æternæ gloriæ immarceſcibilem coronam, cum fiducia exigendam præponebat. Quantum hic profecerit: nationum declaravit contentio, quando fatis conceſſit, quum Colonienſes hinc, illinc Tungari, iſtinc Treverenſes inſtarent, ſinguli ſuum Maternum vendicantes Invenio plures ei, ſed laudatiſſimos fuiſſe diſcipulos è quibus Ioannem Tungarum adoleſcentem profecto ſummæ ſpei, clauſtro ire refragabili in acclivem caſam relegavit, alterum Navitum imprimis amavit, ut illum in oculis ſemper habuerit. Huyum applicuit, ab huylo fluvio ſic dictum ut teſtatur Beda in hiſtoria Anglorum: quo Cives atque accolas ad verum Dei cultum convertit, denique ad montis umbraculum, quem Moſa alluebat, ædem vir-

gini matri dedicavit anno ſalutis, CII. Deinde Dionantum profectus eſt, ibi ſe operiebatur Collega Mennius Catalenſis antiſtes, fortaſſe quod uterque c. LXXII. Chriſti diſcipulus fuiſſet, quare deſiderio tenebantur viſendi ſe colloquendique mutuo. Verum idolum prima fronte adorti ſunt & in pulveres adegerunt: inſuper luculenta prædicatione atque miraculis populum Chriſto fidelem reddiderunt. Præterea duas ædes conſecraverunt, priorem Maternus ſanctæ Mariæ, alteram Mennius, beato Stephano. At vero in viciniis ignobile colebatur Idolum nomine Nam, quod ubi à reſponſis ob adventum Materni ceſſaſſet, mutum dictum eſt: ita ut ſubinde barbara atque confuſa voce adjecta llittera Namurcum civitas appellata ſit. Hic pari religione & perpetua conſuetudine ædem beatæ Mariæ inſcripſit: neque non duas *Mammeche*, & unam Cennaci, præter eas, quas paſſim aliis in locis dicitur dedicaſſe. Equidem celebratum eſt, eum in Civitate Tungarorum ſupra ſeptuaginta duas ædes conſecraſſe: ad quarum numerum diſtinctæ ſunt electrices rationes. Denique multorum monimentis conſtat Maternum ſub una natalia Chriſtiani nocte ter corpus Domini, tribus in locis quam procul à ſe invicem diſtantibus ſacro ore confeciſſe, Treveri, Colonia, atque Tungri, quod poſtea Theleſphori Pon. Maximi, decreto, ob multi-

plicia

plicia myſteria ubique terrarum ita fieri inſtitutum eſt: indubie perſpicuum eſt tot illum annis pontificali munere defunctum, quot in terra dies deſudaverat. Cui cum nocte Eucharius & Valerius mortem imminere præmonuiſſent: moriturus qua potuit prece Treveri in Mauſoleo collegarum ſuorum ſe exoptabat recondi. Tametſi in Colonia demortuo, anno ſalutis centeſimo trigeſimo, decimo octavo Kalendas Octobres: tres provinciæ, quibus ex æquo præſederat, diſſentire cœperint. Nam Tungari clamabant ſuum, Colonienſes ſuum vendicabant, Treverenſes repetebant: ut non æque de Homero certatum ſit à Colophoniis, Chiis, Smyrneis aliiſque Græciȩ gentibus. Tumultus quippe plena erant omnia neque ratione ſedari poterant quouſque inito conſilio hac lege conventum eſſet, ut corpus rapidis fluctibus Rheni injiceretur, ita, ſi obnitente etiam gurgite tranaret, aſſignaretur Treverenſibus. Si inferne illaberetur, Tungari auferrent. Sin perſtaret: Colonia indubitata maneret Hoſpita. Ecce vero præter naturam ſtridulis obniſa eſt procellis teca, & recta Treverim adnatavit. Vide quam ſit mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Floruit ſub Apoſtolicis viris Lino, Cleto, Clemente primo, Anacleto, Evariſto, Alexandro primo. Imperantibus per ſucceſſionem Nerone Genero Claudii, Veſpaſiano, Tito, Domiciano, Nerva Trajano & Hadriano.

Secun-

Secundus Antiſtes.

SEd Navitum apprime commendaverat moriens. Fide enim ac merito cæteros anteibat: pollebatque tam corporis quam animi ingenuitate præcipua. Vtpote Ducis Galliarum filius, & Tungarorum regis ex fratre nepos. Quare omnium facile ſuffragiis adminiſtrationem obivit, anno ſalutis centeſimo trigeſimo primo. Qui protinus magiſtri ſpem, expectationemque populi beneficentia ſuperans: pedes euangelizavit, & omnē late circumivit provinciam, minime gentium ſibi parcendum exiſtimans. Vnde dicendo vehemens à viciis plurimos avocavit: donec auctoritate ſumma Treverenſium qui prope à fide deſciverant quorum charitas jam refrixerat, corda reaccendit ut indubitatum Materni ſucceſſorem, ſponte ſua agnoverint: & Epiſcopum requiſierint. Quibus tanta animi lenitudine habenas moderatus eſt, Vt ſeptem illius ſucceſſores utrimque præeſſent annis plus minus centum & viginti octo. Cæterum vice ſua glorioſe perfunctus annis quadraginta, mortem obiit anno ſalutis centeſimo nonageſimo, duodecimo Kalendas Octobris, ſepultus Tungri. Floruit ſub Apoſtolicis viris Sixto primo, Teleſphoro, Ignatio, Pio, Aniceto, Sothero, & Eleutherio Imperantibus Hadriano Antonino pio, Marco Antonio & Commodo. Proinde Antonius

pius

pius Huyæ Civitatis ſitu delectatus, mœnia & portas inſtaurari curavit: quam ita abſolutam, Benefactam appellavit.

Tertius Antiſtes.

MArcellas Tungarus vir ſpectatę nobilitatis ac ſanctimoniæ, Antiſtes defunctus eſt anno ſalutis centeſimo nonageſimo primo. Quem æſtimaverant ex moribus vivendique conſuetudine qua aliis Epiſcopis haud quaquam videbatur futurus inferior, Tungrim quatuor ſacris ædibus auxit: quarum priorem divo Materno inſcripſit alteram Ioanni Euangeliſtæ, tertiam Iacobo Apoſtolo, quartam Divo Andreæ. Hic præterquam quod ſuum ovile pervigili cura à luporum populatione tutatus eſt: externos etiam reges, Chriſto lucrifecit. Nam Lucium Britanniæ Principem, tota cum gente prædicatione ſua permovit. Præfuit annis viginti novem ad annum uſque ſalutis ducenteſimum vigeſimum, ſepultus Tungri ſeptimo Kalendas Octobres. Floruit ſub Apoſtolicis viris Eleutherio, victore primo, Zepherino, & Calixto primo, Imperantibus Commodo, Helio ſene, Severo, Antonio Carricalla, Macrino & Marco Aurelio.

Quartus Antiſtes.

MEtropolus filius Metropoli ducis Lotharingiæ ex Ungariæ regis fi-

lia:

lia Epiſcopus acclamatus eſt anno ſalutis ducenteſimo vigeſimo primo. Qui aſſidue multa diligentia concionari ſolitus : tam domeſticos quam peregrinos in ſpes ſempiternas cũ fiducia anhelare docuit. Obiit anno ſalutis c c xxxix, anno adminiſtrationis xix tertio Calendas Octobres, ſepultus Tungri. Floruit ſub Apoſtolicis viris Calixto primo, Vrbano primo Pontiano, Cyriaco & Antheros, Imperantibus Marco Aurelio, Alexandro Maximo & Gordiano

Quintus Antiſtes.

SEverinus Meſſeronis Comitis Lovaniani filius Pontificio decoratus eſt anno ſalutus ducenteſimo quadrageſimo. Comperio hunc ſublimi autoritate concionari ſolitum : & ob id meruiſſe vocabulum ſanctitatis. Obiit anno ſalutis, cc LIII anno adminiſtrationis XIV. undecimo Calendas Novem ſepultus Tungri. Floruit ſub Apoſtolicis viris Fabiano & Cornelio, Imperantibus Gordiano Philippo Decio & Gallo.

Sextus Antiſtes.

FLorentius velut oraculo exceptus eſt anno ſalutis c c quinquageſimo quarto. Qui ſæpe noctes etiam inſomnes ducebat, conniventeſque oculos divinis libris ſagaciter applicans : impenſius orando jejunando, concionandoque reliquum temporis redimebat. Dedicavit Tungri duas

ædes.

ſedes. Obiit anno ſalutis ducenteſimo ſexageſimo ſexto, Calendis Martiis, anno adminiſtrationis duodecimo, ſepultus Tungri. Floruit ſub Apoſtolicis viris Cornelio, Lucio, Stephano primo, Sixto ſecundo, & Dionyſio primo imperantibus Gallo & Valeriano.

Septimus Antiſtes.

MArtinus diaconus, qui & Hasbanorũ Apoſtolus, filius Comitis Namurcenſis Pontifex inſtitutus eſt anno ſalutis ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Qui charitatis zelo omnem late inviſens provintiam, quum ruſticorũ pago dicto Horion, accerrime vitia inſectaretur ab eiſdem inglorie repulſus eſt. Cumque ſe in unam aut alteram domum recipere cogitaret: ſic ſenſit ſibi indignari incolas, ut coactus ſit in ſylvam proximam ſecedere. Ibi oppido feſſus aliquamtiſper reſpirans in prominentem caſu rupem accubuit. quæ protinus inſtar cathedræ tractabilem ſeſe exhibuit, parilemque formam multis annis retinuit ſed ſupra noſtram ætatem à peregrinis particulatim abſumpta eſt, paſſus ipſi & pedum veſtigia hodie perſeverant: certius multo quam ſi Phrygio marmori inſculpta eſſent, quæ Gallica voce Paſſ. Martin. appellantur. Quo ſe religioſe febricicantes conferunt, hymbremque manu haurientes è paſſibus: deſideratiſſime

potitant.

potitant. Inde Albiriam adiit & ædem Protho martyri Stephano dedicavit. Obiit an. ſalutis ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, anno adminiſtrationis undecimo, ſepultus Tungri. Floruit ſub Apoſtolicis viris Dionyſio primo, Fœlice primo & Euthiciano: Imperãtibus Valeriano, Claudio ſecundo, Aureliano Tacito, & Floriano.

Octavus Antiſtes.

MAximinus Maximini Pagani filius ex Helena Chriſtiana, omnium calculis deſignatus eſt Antiſtes anno ſalutis ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Summa equidem cum laude operam navaverat ſtudiis ſacris, atque adeo doctoris diademate glorioſus fuerat: adde titulo Decani ſublimis. Qui Chriſti Euangelium inprætermiſſe complectens, & legitimo ſenſu ſcripturæ penetralia depromens: corda charitate flagrantia animoſus in cœlum intendere ſollicitavit Tungrim auxit ædibus S. Andreæ & Bartholomei Apoſtolorum. Obiit anno ſalutis ducenteſimo octuageſimo nono, anno adminiſtrationis tertio decimo. Edibus Septembribus. Sepultus Tungri. Floruit ſub Apoſtolicis Viris Gayo & Marcellino Imperantibus Probo, Claro, & Diocletiano.

Nonus

Nonus Antiſtes.

VAlentinus pontificem egit anno ſalutis ducenteſimo Nonageſimo, homo, ſi quis alius, ſumma autoritate ſemper habitus cujus fulmina vel poſt mortem nemo non formidaret. Qui moriturus propediem, vocata concione, perquã ſancte Proceres Tungarorum adjuravit, nequis temere detrectare præſumeret, quæ ſancti ſpiritus juſſu committenda ſuſcepiſſet. Ne quis unquam Pedum quod ante omnium oculos ſacræ aræ imponebat: ulla fretus audacia illinc auferret quouſq; à Deo Op. Max. in hoc deputatus adveniſſet ſucceſſor. Stare univerſi neque audere contravenire imperio, denique animis ſuſpenſi permanere. Sic igitur mortuus eſt anno ſalutis trecenteſimo octavo. Anno adminiſtrationis decimo octavo, ſeptimo Idus Iunias. Quo honorifice ſepulto vacavit ſedes annis ſeptem, quare interea diſſolverunt Treverenſes, & Colonienſes, peculiarem ſibi aſſumentes Epiſcopum. Floruit ſub Apoſtolicis Marcellino & Marcello. Imperantibus Diocleſiano Galerio & Conſtantino magno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Inclyto Servatianorum Collegio Euang. Placentius S. D.

ADſum ſpectatus veſtræ familiæ aſſecla humaniſſimi domini, huic argumento non aurum Tagi componens, quo auguror me non nihil poſſe veſtro ſplendori adjicere: quæ ego his oculis partim conſpicatus ſum, partim annoſa religione obſervatum perpendi, ut ſummi orbis Monarchæ in veſtrum attente ſe contubernium inſinuarent. Carolus ipſe quintus ubi Aquiſgranum coronandus properaret, anno ſalutis vigeſimo ſupra milleſimum quingenteſimum, tertio Idus Octobris, ingenti demum, deſyderio inſtitutum objerit, ſacra amictus veſte, penſilique almuſio: nihil interea à Canonico diverſus, Auguſtus nemo, Dux nemo Brabantius, ſpem iſtam neglexerit, quo minus albicanti calculo vobis adnumeraretur. Ergo quos primarii heroes germanitate copulant, amicitia vinciunt, familiaritate ſociant, officiis ceremoniiſque adunant, autoritate defenſant, non ſumma reverentia Leodinum omne territorium prędicet? admiretur? ſuſpiciat? colat? Nam nihil uſq; honorificentius patria habet quantulacunq eſt, ſuperbius nihil quod arroget. Itaque qui ſe magnanimem extra vos jactare præſumit, falſa opi-

opinione poterit, gloriam non poterit opprimere. Hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi, quoniam Mariani Trajectenſis Collegij præcipuis viris (ut nobis amiciſſimis: ita nolim quenquam offendere) hallucinatio impoſuit, qui antiquitate ſe Servatianis anteponere geſtiunt, ratione nuſquam apparente. Nam qui utriuſque ſecum Baſilicæ expendit originem, is haud difficile inveniet, nullam toto eſſe territorio non modo Marianam, quæ ante Materni primi Tungarorum Antiſtitis oratorium cōſtructa ſit quod ipſe Chriſto ſervatori nuncupavit. At vero ſi ſuam iſthoc Baſilicam cauſantur, quæ via publica ſitum habuit, qua olim ad pontem pervenire ſolebant, ſentiant & hanc induſtriam levi opera confundi. Quandoquidem nulli dubium ſit, eandem fuiſſe, in quam olim Hunnis urbem Romanam depopulantibus ſedes Tungarica cum reliquiis Epiſcoporum tranſpoſita eſt. Sed hujus quo alias requiramus veſtigia: quam apud Servatianos. Faceſſant ergo belli impulſores, qui hic (ut ajunt) frigidam ſuffundunt, & annis non paucis interruptam amicitiam reaſſumendam prælicent, Pulcherrimum arbitrentur hos ſuos uniones incolumes in aurem civitatis hujus inclytæ appendere, non alteram aceto diluant, quod ab Ethai-

cis quoque ſcriptoribus celebratum eſt in Cleopatra fuiſſe turpiſſimum. In quo fieret certius, utroſque vos Epiſtolio duxi compellandos, quo ſi non Delphica tractabuntur, certe ſalutaria, honeſta, utilia. Chriſtus pacis autor ſuo vos ſpiritu idipſum ſapere, ac facere concedat, Valete,

CATALOGVS ANTISTITVM TRAIECTENSIVM,

Auctore

F. IOANNE PLACENTIO TRVDONENSE, *Ordinis Prædicatorii Cœnobii Traiectenſis ad Moſam.*

ENimvero Hieroſolymis coaleſcebat divus Servatius, publice ibi ſepulchro domini adhibitus iſtos, quem procul dubio, non ob aud vocabulo plauſibili atque adeo ſardotali ordine illuſtraverat dominus: cam ut Galliarum certiſſimus properet ſuo tempore ſervator. Qui ducem ge'um proſecutus, ipſa hora Tungri ingreſſus eſt qua nationes ſeptuagin- quæ ſe, ut dixi, ab Eccleſiis metieuntnr, morarum pertæſæ, in Baſilica Mariæ, cauſa delegendi Epiſcopum cnvenerant. Vnde factum eſt, ut onium pendentibus votis, oculiſque uente hebetantibus, Angelus pedum ab a auferret, Servatio porrigeret, eunque in ſubſellio juberet reſidere gloium, anno ſalutis. 300 circiter, 16. que hic quomodolibet reſiſtebant ngari. Quamquam fortaſſe ſilentio

 haud

haud videatur prætereundum, quod conper issimum habuere ſæcula priora, Servatij genus proxime ad Chriſtum pertingere. Nam ſorores erant germanæ Anna & Heſmeria. Anna enixa eſt Mariam Chriſtiparam Heſmeria Elizabeth Ioannis baptiſte matrem & filium He. liud, is genuit Emiu, rurſus iſte ex Nemé'ia, præclaræ indolis ſobolem. S. Servatium. Equidem ſi hæreant hic curioſi obtendantque non eſſe veri ſimile, e(quod profluxerunt ad Valentis uſqu imperium anni fere quadringeti, po quos de Servatio conſtetit: memine rint ii ſingula adamuſſim diſcuſſa, c limque reſciſſa in conciliabu'o Mc guntino, quum de his ſigillatim qua ſtionem moviſſet ſereniſſimus Impera tor Henricus ſecundus. Ibi etiam decr to Leonis Pont. Max. omnis ſcrup ſus inter agiographa, repoſitus, & o hodoxo robore articu'atus eſt. Tame ipſum vitæ inſtitutum & Sanctitas cu Chriſto conformis facile eos coargu poſſet. Præterea communes cum conſa guineis Apoſtolis dotes: quas hære tario velut jure poſſidebat. Quoties nim concionabatur patriæ linguæ r dis, imo expers planeque inutilis pe grini nihil à vernacula noſtra, reſor bat. In negotiis aliis non item Pa moniæ inimitabilis, eucharistia ſola calice philoteſio ſæpenumero refic

bat-

batur. Siquando ſobrie pranſus fuiſſet, aut cænatus, cruſtulæ & mulſi prema leproſis medicabantur, atque Cacodæmones ab obſeſſis abigebant. Aquæ quibus digiti ſacri loti fuerant: efficaciſſime inſtaurabant omne inelegans. Quicunque impetrabat manuum ſalutarem ontactum hoc ipſo incolumem ſe ſenit, ut etiam ſummis viris in ore eſſet. Nam Porus Comes Lovani anus olentiarium polypo miſere afflictus: Antiitem interpellare cæpit. Quem illi rotinus ſanum demiſit: at ſuam muificentiam inde labefactari ratus, ſi ineratæ ſalutis nullum rependeret ſymolum: dimidium civitatis Trajectenm Servatio aſſignavit. Quod hucuſe pontifices Leodini, ſucceſſione hæditaria retinent. Veruntamen quia hac priarum acceſſione nihilo plus faſtibs indulgebat, ſed magis magiſque ab ara populari ſe abdicabat, cæperunt entidem mordere clanculum & venta invidere homines, quos ſummatim ale habuit, quod aulam minus colee Quare argumentis congeſtis nihil cti ſunt inhabi em pronunciare: & nigenam minuſque potentem deſpie, cujus natales nuſquam apparerent cum fore, ut qui neque patriam inm calleret, neque plebiſcitorum ſat nus eſſet: cogeretur amigrare alio, & co ſibi providere. Neque mora in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

terceſſit, quin plebecula, & vulgi infima fex, quæ a purpuratorum affectibus fere pendebat, Sanctum ANTISTITEM ſuperbis ignominiis aggreſſa, ſua urbe propelleret. Ille vero ut erat omnium virtutum aſſequu or eximius, injurias, pro lucro reputans, damni temporis occaſionem, in Trajectum benefactis compenſandum duxit. Ergo in Materni oratorium propenſius oranti ſtomachabundus Deus & alia atque alia verborum tonitra diſſecans. Galliarum exitium interminatus eſt, tempus fore, quando Tungaris abund vicem rependeret, Servatius contra op p orare, deprecari, id ne fieret, ſed nu men nolle exaudire. Itaque in concio nem properabat, & pernitiem immi nere aſſeverabat, verbis fletu permixtis Infandum, inquit, dolorem viri fratre animadvertite. Iamdudum, ſi neſci grandia in vos divina parturit ira, ne que ſpes eſt ulla, quæ malis tantis m deri valeat. Egredientur quippe in ſu perficie terræ homines efferi, nulli æta ſexui, gradui, dignitati parcentes: n que divini metus, neque hominum d ciplinæ rationem habentes. Primo pe miſſione ſuperum, orbem Romanu invaſuri; deinde multo immaniſſi vaſtaturi Gallias, gentemque finitima Quapropter hodie vos coram h tari aggredior, ut pœnitentia ve
anim

animabus proſpiciatis, ne dum portentoſæ irruperint, imprudentes vos opprimant. Diffudit hic ſeſe rumor inopinatus, & mirum in modum angebat provincias. Oraculi nempe loco habebant: quicquid à viro tam ſancto proficiſcebatur. Igitur legatione ſumma, rogatus eſt accelerare Trecaſſinam, ibi ſe præſtolabatur principum atque Antiſtitum celeberrimus conventus. Adimebat, & ſuo ordine viſa digerens: perculerat jam omnes, ut Galliarum Rex, univerſique Satrapæ atque coaſſeſſores obſecrare cœperint, ne quid deeſſet tot capitibus ſervandis, Romam adiret, unde præſentius aliquid ſperare liceret, fortaſſe tanti patroni inſtantia, alio ſe verteret fulgurator Deus.

Acceſſerat ad hanc monitionem, quod terræ motus pene aſſidui, & ſigna in cœlo inclementia eminerent. Quandoquidem in veſperum ab Aquilone cœlum rubebat, haud aliter quam ignis intermixtis flammeo fulgore clarioribus lineis in haſtarum ſpeciem deformatis. Luna denſam portendebat caliginem. Cometes apparebant, & plurima alia quæ non ocioſa fuiſſe, inſtans rerum docuit conſequentia. Tunc imperterrite aliud quiddam cauſari auſus eſt Servatius. Præſcire quidem ſe, non facile revocandam interminatricem vindicis manum, tum quia altera ſuberat culpa, quæ illum ad dirius ſæviendum alioqui provocaret. Graſſari apud Agrippi-

nam Coloniam humani generis nocentiſſimam peſtem Effraten pſeudo-Epiſcopum, eo inſaniæ adictum : ut cum perditiſſimo Arrio buccis diſtenſis, blaſphemo ore, individuæ Triadis reſecaret perſonas: Ad quæ verba conſeſſus omnis intabeſcens, ea lege ſe quam primum Conciliabulum ſollicitaturos promittebant: ſi viciſſim obeundo itineri ipſe ſe aſtringeret. Vtrinque in hunc modum conventum eſt. Anno igitur ſalutis, ccc. Quadrageſimo v i. Imperii Conſtantii filii Conſtantini anno v i. in Colonia, vocata ſynodo, Servatius Arrianum Effraten à Pontificio exauctorans, ad publicam pœnitentiam adegit, quam plurimis illic Epiſcopis Magnatibus, Doctoribus conſultantibus, an ne hoc fieri commodum poſſet, ob ſacerdotii impreſſum characterem. Nihilominus Athanaſii, cæterorumque Orientalium presbyterorum Diaconorum exaudito teſtimonio, in hanc fertur iuiſſe ſententiam. Bis impium Effraten qui voce ſacrilega Ieſum Chriſtum vitæ auctorem dominum meum æqualem patri eſſe negavit: ego viciſſim pernego Epiſcopum, aut eſſe inter ſacerdotes adnumerandum. Cujus reſipiſcentia, ſi qua expectanda eſt: cenſeo majorum exemplis inter laicos tranſigendam. Quiſquis hac mecum ſententia, eum non inſectatur, aliud ſi poteſt, aſtruat patrocinium. Muti omnes, atque reveriti ſummæ auctoritatis præſulem, abſque

mora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

mora Effraten proſcripſere: cujus in locum protinus Severinus vir ſynceriſſimus, ſuffectus eſt. Et mox compoſitis rebus Trajectum rediit, itineri ſe Romam verſus, accingens. Vnde, ſucceſſu proſpero Metim profectus, prece & importunitate beati Auctoris ejuſdem urbis Epiſcopi, aræ majoris teſciſſam particulam, digito rupturam vellicante conſolidavit. Mox Baſileam prætergreſſus montem Iovis peragravit, ibi oratione fontem aquis lympidis ſcaturientem excivit, Deinde Alpibus tranſmiſſis, Italiam opperiit, nuſquam non ſignorum affluentiſſimus, Quæ res fecit, ut honoratiores quoſque Romanorum obvios haberet, quem ii procul advenientem intuiti velut rutilum ſidus, fulgere proſpiciebant. Campanæ ad unum omnes, ad nemorum aditum, tanti hoſpitis adventum gratulatæ ſunt: & feſtino plauſu illum urbs tota excepit. Itaque plurimorum divorum perluſtratis oratoriis, tandem Octavo Kalendas Apriles, Apoſtolorum limina ſubiit, nona antea illinc deceſſurus, quam Galliarum tranquillitatem ſibi polliceretur. Hac ſpe prolixe perplexeque orans, inviſit ſanctuarium, ibi quum precando ac lacrymando, poſt totos dies & noctes nihil ſibi temperaret, corpuſculum inedia pariter & ſui afflictione deſtitutum eſt, & in ſomnum ſeſe demiſit. Interea occurrit admirandæ formidinis ſpectaculum, Iudex inexorabilis vultu

nutu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

& nutu ipſo tremendus, in thronum conſidens gemmoſa aſpergine pellucidum, circumquaque ſanctorum dependentibus agminibus. E quibus præcipue virginem matrem Galliis patrocinantem perpendit, & eidem ſuffragantes conſideravit Apoſtolos, atque adeo obnixe protomartyrem Stephanum. Verum nihil uſquam bonæ ſpei redire, ſecum ingemiſcebat, ſolus Apoſtolus Petrus affatus eſt in hæc verba. Definitum noveris, inquit, Hunnorum crudelitate Gallias & Tungrim ipſam, atque univerſam adeo Europam diſſipandam. Verumtamen merito tuo Trajectum, atque oratione beati Stephani Metim conſervandam. Igitur quantum potes in portum advola, & ſepulchrum delige, utque pœnitentiæ te præconem omnes intelligant, habe clavē argenteam qua reſeras cœlos fidelibus. Expergefactus manu clavem argenteam complexus eſt & reditum maturavit. Iam Attila Hunnorum rex qui Bleda fratre ſuo perempto totus in excidium orbis ferebatur. Walameris Oſtrogothorum regis & Ardarici Gepidarum atque Aquilonarum gentium ſibi ſubjectarum multitudine fidens, à Pannoniis egreſſus, Imperium Occidentale invadebat quingentis millibus armatorum. A quo in Italiam Servatius captus eſt: & nocte conſtrictus loris cui cum vigiles admoti eſſent, audiebant Dei angelos familiariter conſolari afflictum. Quare benigne

nigne erga illum affecti poſtridie milliti-
bus de Servatio occidendo conſultanti-
bus, multa in rem viri ſancti commenti
ſunt, licet rogando inferiores eſſent. Ve-
rum inſperatæ predæ objecta ſpes, illico
aciem ſcidit ut ſolus in apricum campum
ille permaneret. Scitum eſt Italiam poſt
menſem Aprilem plerumque, fervere,
ſicque ſub dio dormitanti aquila prægran-
dis alis pernicibus ſuppetias ferrebat, una
faciem occulente, altera quaſi flabello fa-
ciente ventum. Qua occaſione paſſim ſe
Hunni ad ſpectaculum conferebant, tali-
que prodigio diſcebant pietatem, uſque
adeo, ut Attilla ad colloquium Servatium
invitaret & exercitus omnis alacri geſti-
culatione benedici ſe curaret, tantum ab-
erat, ut nihil mali perpeſſus fuerit. Proin-
de Wormatiam devenit, quo admodum
ſiticuloſus, ſuaveolentem fontem oratio-
ne conſequutus eſt à domino, & dracones
in vinetis pedo interfecit atque auram pe-
ſtilentem repurgavit. Coloniæ in cellu-
la de peragratis regionibus, Deo gra-
tias agebat, & eo loco Severinus Antiſtes
ex hiatu cœli demiſſam vidit columnam
igne rutilo, quo & oratorium conſtitutum
eſt, quod porta cœli vulgo dicitur. Poſtre-
mo Tungrim regreſſus eſt ibi jugiter ulti-
mum vale inter verba iterans: pœniten-
tiam populo prædicavit, & illinc ſanctam
hæreditatem auferens, veſtes divini mini-
ſterii, cruces, ſacra vaſa, lebetes, coronu-
las,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

las, aulæa, reliquias denique & oſſa Ponti-
ficum, in Trajectum, pariter cum cathe-
dra ſua tranſpoſuit. Singulari autem techa
argentea Sanctum Antiſtem Martinum
concluſit: qui præcipue miraculis coru-
ſcus videbatur. Caſu, ſiquidem, incenſis
lampadibus lucernulæ affixis cum ignis
tegmen altaris conſumpſiſſet, ad conta-
ctum ſacrorum oſſium flamma perſtitit, &
non alio præſidio extincta eſt. Comitatę
ſunt innumeræ angelorum myriades, fe-
ſtivo cantu aëra delinientes, & à tergo lu-
gentium ſtrepitus Tungrorum. Porro cry-
ptoporticum ſe ſepeliendo apparavit: cui
ſacris inſiſtenti, ad dextrum altaris cornu
angelus mortem denuntiavit. Quam mul-
ta conſtantia animi expetens, populo con-
cionatus, quarto Idus Majas, animam Deo,
terræ commendavit oſſa. Quæ ibidem ab
angelis in conſpectu omnium tapetis ſe-
ricis veſtita ſunt: & mirifico odore vir-
tutem cooperata. Ob cujus eximia tan-
dem merita, omnibus demonſtranda, cum
ſub brumali algore univerſa in circuitu
nix repleret, nunquam illud ſepulchrum
attigit donec civium induſtria, ſuper ipſum
Baſilica ædificata eſt. Sicque in ſumma
natus Divus Servarius anno ſalutis trigeſi
mo. Imperii Tiberii anno, XVI. Aſſum
ptus (ut volunt) in Tungarorum Antiſti
tem anno ætatis, LXXXX. Pontificatus Syl
veſtri anno tertio decimo, Imperii Magn
Conſtantini, nono decimo nono. Præfui
anni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

annis circiter centum ſeptuaginta ſex. Obiit anno ætatis ſuæ trecēteſimo ſeptuageſimo tertio. Cujus tralatio facta eſt anno ſalutis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, ſeptimo, Idibus Iunii, Scripſit annis ſuperior bus non contemnendum miraculorum ejus librum D. Matthæus Herbenus Poëta noſter, quare ad me nihil attinere adjudicavi, eadem hic faſtidio lectorum proſequi. Extat & ejuſdem de hoc elaboratum Epigramma, & diſticha ſententiis refertiſſima. Subſecuta eſt Galliarum vaſta calamitas, quippe tam immanis per Hunnos graſſata eſt afflictio, ut nullam civitatem, nullum caſtrum, arcem, domicilium, templum, ſacellum, denique nullum prætermiſerint intemeratum. Tungris ipſa decemnali obſidione laceſſita, demum capta eſt, & in omnes citra exceptionem ſævitum. Antor Metenſis Epiſcopus captivus, ſed Hunnis cæcitate percuſſis, cum ſuæ urbis compeditis relaxatus eſt: Tametſi enormiter per Gallias annis triginta tribus debacchati fuerint: indeque aliud ex alio, malum natum. Succeſſit enim Vandalorum & Alanorum crudelitas, atque Francorum repatriatio, qui Gallias non tantum laceſſebant, ut eas direptioni haberent: ſed ut perpetuæ ſibi habitationi fierent. Ergo ſedes Trajectenſis vacavit annis non minus centum & octo, menſibus ſex Floruit Servatius ſub Apoſtolicis viris Melchiade, Sylveſtro primo,

Marco,

Marco, Iulio, Liberio, Fœlice ſecundo, & Damaſo, Imperantibus Conſtantino Magno, Conſtante Iuliano Apoſtata, Ioviniano Valentiniano, Valente Gratiano & Theodoſio magno. Sub hoc intervallo Candidus Epiſcopus Trajecti clarus habitus eſt, & in oratorio Materni vitam bono fine complevit, & Remigius Clodoveum Regem Francorum cum gente ſua baptizavit, & Chriſto fidelem reddidit. Luteciæ claruit diva Genovefa, quæ à plerifque, Sepperiis Pago Hasbaniæ peregrinata aſſeritur cujus ibi hodie fons, vocabulum tenet.

Secundus Antiſtes.

SIc tandem Aurelianis, decreto Chriſtianiſſimi Francorum Regis Clodovei, & Remigii Rumenſis Archiepiſcopi cæterorumque Galliæ Epiſcoporum ſententia, Trajectenſibus de Antiſtite proviſum eſt, anno ſalutis quadringenteſimo nonageſimo Octavo. Nam ibidem in Concilio Agricolaum filium cuſtodis Flandriæ ex filia Regis Britanniæ in hoc ordinaverunt. Quod impendio noſtratibus factum placuit, quoniam ei delecto apparatu Trajectenſes obviam proceſſerunt. I Huy templum ab Hunnis conflagratum refecit, & ſecundum eodem loco adjeci quo Maternus prius collocaverat. Cuju vita honeſta dives exemplis, in morten quoque precioſam deſiit anno adminiſtra

tioni

tionis decimo nono. Sepultus eſt Trajecti in æde Servatiana, cujus Oratorij tectum inſtauraverat. Floruit ſub Apoſtolicis viris Gelaſio, Anaſtaſio ſecundo, & Synacho, Imperante Anaſtaſio.

Tertius Antiſtes.

VRſichinus Patre viro patricio è Burgundionum regis filia procreatus: infula ſacra inſignitus eſt anno ſalutis quingenteſimo quarto. obiit anno adminiſtrationis quarto, kalend. Octobribus ſepultus in æde Servatiana. Floruit ſub Apoſtolicis viris Symacho, imperante Anaſtaſio.

Quartus Antiſtes.

DEſignatus Ducis Dalenſis filius ex filia Scotorum regis Pontificio defunctus eſt anno ſalutis quingenteſimo octavo. Qui tres equites auratos in lucem revocaſſe dicitur; quorum opibus collegio nonnihil acceſſit. Præfuit annis tribus. Obiit Idibus Ianuarii, ſepultus in æde Servatiana. Floruit ſub eodem Apoſtolico, & Imperatore, quo Vrſichinus.

Quintus Antiſtes,

REſignatus filius regis Neuſtriæ, deſignato ſucceſſit anno ſalutis quingenteſimo undecimo. Obiit anno ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

miniſtrationis quarto. Kalendis Decembribus, ſepultus in æde Servatiana. Floruit ſub iiſdem principibus, claruitque beatus Fulgentius: cujus memoria quotannis in pleriſque locis recurrit.

Sextus Antiſtes.

SVlpitius filius Naſonis è Galliarum principis filia Antiſtes conſecratus eſt anno ſalutis quingenteſimo decimo ſeptimo. Sedit annis octo ſepultus in æde Servatiana quinto decimo calendis Februar. Floruit ſub Apoſtolicis viris Hormiſda, Ioanne primo, & Fælice quarto, Imperantibus Anaſtaſio, Iuſtino ſene, & Iuſtiniano magno.

Septimus Antiſtes.

QVirilus Comitis Namurcenſis filius ex filia regis Dionanti è Decano Trajectenſi, in Epiſcopum ſublimatus eſt, anno ſalutis quingenteſimo, xxv. religionem quæ ſenſim intercideirat, prædicatione ſua recuperavit. Præfuit annis duobus, ſepultus in æde Severiana, pridie Kalendas Mayas. Floruit ſub Apoſtolico Bonifacio ſecundo imperante Iuſtino ſene & Iuſtiniano magno.

Octavus Antiſtes.

EVcherius filius Comitis Hoſtienſis ex filia Comitis Namurcenſis vir ſpectatæ

ſpectatæ modeſtiæ & præco mirificus, cathedram conſcendit ann. ſalutis quingenteſimo, XXVII. Præfuit annis 8. ſepultus in æde Servatiana decimo Kalendas Martias. Floruit ſub Apoſtolicis viris Ioanne ſecundo & Agapito primo Imperante Iuſtiniano magno.

Nonus Antiſtes.

FAlco frater Eucherij germanus, eidem ſuffectus eſt anno ſalutis quingenteſimo, XXXVI. Præfuit annis tribus ſepultus in æde Servatiana. Floruit ſub Apoſtolico Agapito primo, Imperante Iuſtiniano. Quo tempore in Galliis quidam nunc in Arduennæ ſylvas, nunc alio vagabundus & ligna cedens, tantopere à muſcis infeſtatus eſt: ut biennium amens permaneret. Qui ad ſe reverſus ſub religionis habitu pſeudoprophetam occulit, primo magum, mox deſuper infirmos ſanitate perficiens, Chriſtum ſe dicebat, cultumque ab omnibus exigebat. Nolentes ſe adorare cum populo qui ei plurimus adherebat: hoſtiliter invaſit. Verum à fideli quopiam poſt occiſus eſt: & ita ſequaces diſperſi.

Decimus Antiſtes.

EVcharius homo avitæ nobilitatis ac ſolidæ perfectionis Antiſtes creatus eſt anno ſalutis quingenteſimo, 49.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Perpauca de eo, quem admodum de præcedentibus narrant hiſtoriæ, forte ſcriptorũ incuria, quibus debemus quod præclara geſta multorum ad nos non pervenerint. Præfuit annis ſex. Floruit ſub Apoſtolicis viris Agapito primo, Sylvio ſecundo & Vigilio, Imperante Iuſtiniano.

Undecimus Antiſtes.

DOmicianus Bavariæ Ducis filius ex filia Ducis Arduennæ Pontificio clarus habitus eſt. Quia puero virtutum ſemper & literarum amore accenſus: utrimque ſui ſpecimen non ignobile perhibuit. Nam prædicatione & miraculis conſpicuus, à regibus colebatur, & vulgo etiam voluptati fuit. Hildebertus enim Galliarum rex, in conſeſſu Aurelianenſi gravibus edictis, prædia, caſtella, arces, domicllia, eidem reſtitui mandavit; quæcumque Epiſcoporum fuiſſe credebantur Tungarorum, quibus conflagratas dirutaſque ædes, ſacella, oratoria, aras, atque xenodochia paſſim extrui curavit. Hæreſium architectos aſtu ceu lernam adoriri ſolitus: in publicam quæſtionem vocatos, imperio ſacrioris è lingues reddidit, donec balbutie ac nutu victos ſe ſignificarent. Interfuit duobus regis conciliis. Aurelianenſi & Alvernenſi. Galliis quoque fame & cariſtia laborantibus, eleemo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſynis deos placandos prædicavit pro quibus aſſidue hoſtias immolans, fertilitatem conſecutus eſt. Hoij Draconem oculis igneis, ipſis etiam nocentiſſimis interfecit: qui fontem civibus mire utilem contaminaverat, quem proinde ſuo pede expurgavit. Quod Hoijani beneficio compenſantes: hoſpitium ſua urbe dederunt, ibi alterum fontem, ægris medentem ſuſcitavit. Obiit anno adminiſtrationis decimoſexto nonis Maji, ſepultus Hoíj in æde Chriſtiparæ virginis, Floruit ſub Apoſtolicis viris Vigilio & Pelagio primo, Imperante Juſtiniano.

Duodecimus Antiſtes.

MOnulphus Collegij Servatiani cantor, filius regis Dionanti, ex Hoſtienſis Comitis filia, habenas moderari cæpit, anno ſalutis quingenteſimo ſexageſimo primo. Qui cum à fundamentis emergeret Baſilica, mirum in modum gaviſus eſt: ſed ea nondum perfecta, cum electus eſſet, ſublimiorem adjecit turrim, & abſolutis omnibus, corpus Divi Servatii in æditu collocavit, atque nominatim ei ædificium inſcripſit. Tungrim populatam reparare apud ſe diſponens ſtatim à cæpto deſtitit: quia fieri perpendebat irato Iove & invidente cœlo. Quare omnem ope-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ram in Trajectenſem civitatem transtulit: ut apud Servatianos probatæ frugalitatis viri degerent, nobilitatem generis cum morum honeſtate commutantes: qui paſſim regum calculo & Imperatorum munificentia protecti: ſuo collegio ceu monaſterio uterentur, quos iſti merito fratres vocare & habere poſſent. Sunt qui hunc putant Marianorum quoque collegium inſtituiſſe, quamquam alii pernegent, certe Legiam vicum non inamænum aliquando peragrans: nova gratulatione inclytam fore prædixit. Hæc inquit, Legia vere è millibus electiſſima futura eſt, roſeo olim cruore cujuſdam martyris conſecranda. Quamobrem oratorium, S. Coſmæ & Damiani, loco magis eminente conſtruxit. Illinc Dionantum uſque profectus, hæres effectus eſt paternarum poſſeſſionum, quas minime cunctatus, Eccleſiæ Trajectenſi liberaliter contulit. Tradunt publicitus hunc indicto jejunio principem quemdam vita defunctum, Epenis catarticis exemiſſe, quem ſæpe in ſylvam rugientem inſtar feræ audire ſolitus, cum rediret liberatum à purgatorio intellexit. Præfuit annis triginta novem, ſepultus in æde Servatiana, XVII Kalendas Auguſti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Pelagio primo, Ioanne tertio, Benedicto primo: Pelagio ſecundo, & Gregorio primo.

Impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Imperantibus Iuſtino minore Chiberio, & Mauritio. Quo tempore Hunni Gallías repetentes, à Sigeberto Francorum rege fugati & victi ſunt.

Tertius decimus Antiſtes.

GOndulphus Ducis Lotharingię filius, ex filia Lotharii Francorum regis, ordinatus eſt Pontifex anno ſalutis, 600. Qui Tungrim non ſatis conſulte reædificare præſumens: iraſcentem adverſus ſe Deum expertus eſt. Opifices enim quos ædificio admoverat, lupi dilacerabant, & nocte fulmen egreſſum, omnem diei operam abſumebat. Animum ab incepto revocans, ſe in Trajectum recepit: vir alioqui juxta ſenſum Domini. Obiit anno adminiſtrationis VII, XVII Kalendas Auguſti, conſepultus Monulpho, qui eodem die quamquam anno defunctus fuerat. Quorum tumba hactenus in navi Servatianæ Baſilicæ viſitur, ubi utriuſque glorioſa perſeverat memoria. Cum enim Carolus Magnus Aquenſem Baſilicam regali magnificentia exædificaſſet: eſſetque in votis tot accerſire Antiſtites illi conſecrandæ, quot dies in annum recurrunt, & jam ſummæ duo deſſent: ajunt Monulphum & Gondulphum è ſepulchro ceu latebris emerſiſſe, & illic ingenti affuiſſe miraculo. Qui (ſi libellis hujuſ-

modi creditur) à Leone quartò Pontif. Max. bene dictione accepta, inclinantes primo Aquiſgrani, deinde etiam Trajecti, ſe in Mauſeolum recipere. Legi Diſtichon antiquiſſimis literis in hac eadem tumba graphice exaratum: quod hæc ipſa, aperte conteſtatur. Præterea Betaſij talem inclinandi ritum, ſibi velut à ſenioribus per manus traditum, incontaminate obſervant, quoties eam penetrant januam, qua Antiſtites ſancti regreſſi creduntur. Confirmant iſta Brabantiæ Chronica, in Hiſtoria Caroli Magni, libro ſecundo, ad medíum fere libelli, atque adeo multa vetuſtiſſima exemplaria actorum Epiſcopalium. Floruit ſub Apoſtolicis viris Gregorio primo, Saviniano, Bonifacio tertio & quarto, Imperantibus Mauritio & Foca.

Quartus decimus Antiſtes.

PErpetua Ducis hoſtienſis filius, ex filia Præſidis Colonienſis, anno ſalutis ſexcenteſimo octavo Pontificem egit. Cujus perpetuam innocentiam tumba ipſa teſtata eſt, qua poſt mortem oleum reſudavit odore naribus gratiſſimo. Præfuit annis XIII ſepultus Dionanti in ædibus, S. Clementis ſive alio nomine. S. Vincentij pridie nonas Novembris. Floruit ſub Apoſtolicis viris Bonifacio quarto, Drodato, Bonifacio

cio V, & Honorio I, Imperantibus Foca & Heraclio. Tralatus eſt tandem, in ædem Chriſtiparæ Virginis Mariæ, ubiiplurimis miraculis claruit,

Quintus decimus Antiſtes.

EVergiſus avitam Tungarorũ nobilitatẽ admirabili ſanctitate illuſtrans: Antiſtes evaſit anno ſalutis 614. Præfuir annis quatuordecim Sepultus in Tremonia villa Diocœſeos Colonienſis, ſed poſt trecentos annos Brunoni Archiepiſcopo Colonienſi apparens, Coloniæ in ædibus Divæ Ceciliæ tralatus eſt, jacetque cum cognomine ſuo Evergiſo Diacono, quem ob fidei ſynceritatem hæretici peremerunt. Cujus feſtum nono Kalendas Novembris occurrit, quo ſuum Archipræſulem, & immediatum atque legitimum ſucceſſorem. S. Severini Colonienſes venerantur, quem Arriana quoque factio, plurima ſe indigna ſuſtinere coëgit. Floruit ſub Apoſtolicis viris, Honorio primo, Severino Ioanne quarto, & Theodoro primo, Imperante Eraclio.

Sextus decimus Antiſtes.

IOannes, ob manſuetudinem & animi lenitatem, cognominatus Agnus, filius Equitis aurati, D. ab Harmalla, ex Heroina de Tuhingue: prius nuptias ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

pertus & agriculturæ inſiſtens, ſed literarum ſædulus æmulator, Pontificibus Trajectenſibus aſſcriptus eſt. Anno ſalutis 626. Qui eleemoſynarum elargitione, Deo & mundo commendatiſſimus, cum ad anguli ſalutationem, eidem in peregrino habitu, in agro occurrentis, ad dubitaret: ſe aliquando habendum Antiſtitem, reſpondit. Facilius lignum aridum quod manu complector, re vireſcere poterit ac ſeſe in ramos diffindere: quam memet ego utilem reipublicæ agnoſcam. Neque mora interceſſit: quin ſtipes gratioſi arbuſti præferret ſpeciem, Pervenit hoc ad Dagobertum, tum forte Trajecti cum civibus de Epiſcopo conſultantem: & eum ad ſe vocatum, ſtatim præeſſe mandavit. Vnde Pontifex ordinatus profundius in literatorum theatrum inſiluit, neque deſtitit: quo minus doctorum aureola inſigniretur, diſcipulorumque probatiſſimorum præſideret contubernio. E quibus Momo, ad perfectionem uſque Martyrii Chriſtiani pervenit: & pro fide ſanctam exhalavit animam. Conjugem ſuam in Trajecto ſanctimonialem fecit: eo loco, quo hodie Albæ Dominæ (quas vocant) degere putantur. Quem in modum & Bliſiæ virgines relegavit: atque Chriſti ſponſas fieri voluit. Obiit anno adminiſtrationis ſexto, octavo Kalendas Auguſti. Sepultus in arce Hoyana, in ſacello Divorum Coſmæ & Damiani. Floruit ſub Apo-
ſtolicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſtolicis viris Theodoro & Martino, Imperante Eraclio.

Septimus Decimus Antiſtes.

AMandus Aquitanorum Ducis filius, ex Amantia matrona cum primis nobili, ſacræ legis interpres peritiſſimus, proponente Lothario rege, Epiſcopus ordinatus eſt, anno ſalutis ſexcenteſimo. XXXII. Qui cum nondum ex Ephæbio exceſſiſſet in Ogiam inſulam Monachi inſtitutum experiri voluit, ſed adoleſcentem pater inſecutus, ſevera prius oratione, deinde blanditiis revocare conatus eſt. Porro maſculum animum & ſpem victricem portendens, Genitor (inquit) tuam mihi videor perſpexiſſe audaciam, qui pro theſauro carbones obtrudis, & ſoli anteponis umbram. Non me hoc ineſcabis delicatulo bolo, quem plus ſatis amareſcere ſentiam, dum nequeam expuere, Bene tibi ſit cum donis illepidis, meo animo abunde ſatisfactum erit, modo ſervare liceat edictum ſummi regis, quod haud poſſum ulla ex parte prætergredi. Qui (inquit) non eſt mecum adverſum me eſt: & qui mihi patrem præfert aut matrem, me indignus eſt & regno meo. Quibus ille verbis non modo placatus, ſed in lachrymas reſolutus deceſſit: nihil ſibi temperans à ſuſpiriis & oſculis. Ita religionem auſpicatus, Turonis ſacro initiatus eſt ordine, indeque in

Mona-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Monaſterium reverſus cum deambulandi cauſa in pomarium divertiſſet, prodigioſæ magnitudinis ſerpentem, in virenti gramine concolorem abditum comprehendit. Quem precatiuncula & crucis adhibita imagine interficiens, popularem plauſum incurrit. Cumque frequentius inviſeretur in civitatem Bituricam ab Aſtriligiſo Epiſcopo & Sulpitio diacono, in cellulam templo contiguam reſtringi exoptavit, in qua cibario pane & aqua tantum xv. annis corpus maceravit. Poſt quos Romam invisens, quum ad limina plerunque Apoſtolorum Petri & Pauli pernoctaret, quaſi fur ſacrileguſq; ab æditūis multa ignominia propulſatus eſt, & exponente Apoſtolo Petro per viſum, divinæ eſſe voluntatis intellexit in Gallias remeare. Qui Lothario gratus hoſpes adveniens, illius commendatione ac juſſu ad pontificium aſſumptus eſt. Cujus quoque conſuetudo Dagoberto acceptiſſima fuit: nondum in facinora tanta delapſo, ſed heroicis adhuc virtutibus quam commendatiſſimo. Cui quum forte obſterilitatem uxorum liberi deeſſent, virginis Ratguetrudæ complexibus libitum eſt perfrui à qua filium nactus, quum Chriſtiano more illum Amandus baptizaret, Aribertique deſiderio ſatisfieret, ut Sigibertus diceretur, ſuſceptoribus ad verba minus auſcultantibus infans, xl. dierum amen expedite perſonuit. Verum inſtabili conditione

quum

quum non multo poſt concubinarum catervæ regem ſequerentur, præter eas quas locis pluribus reginarum inſtar ornatas alebat, ſuper iis Amandum recte monentem non ferens, regno extruſit. Quem tandem cohortatione Pipini à Landis Brabantiæ Ducis qui palatio præerat, & alterius non vulgariter prudentis ac nobilis viri Egnani conſiliis in priſtinum munus reſtituit. Sed à cepto nihil diverſus toto triennio Clericorum vitia notavit, cui non aliter quam ſternaces equi recalcitrabant ut etiam Martinus Pont. Max. virgam cenſoream admovere ſit coactus ut videre eſt in Decret. I. diſ. 2. capite. Interea Sambricanum monaſterium inſtituens, ſumma dotavit munificentia: & in Pago Bellorcenſi, ſanctæ crucis efficacia mulieris cæcæ oculos aperuit. Ittam quoque Pipini relictam ſalutaribus monitis ad optima inflammavit, quæ ſe ſuaque omnia Deo offerens Nivellanum fundavit Monaſterium, cui Gertrudem filiam præfecit. Ea tempeſtate Flandria quæ paucis viris atque edificiis ornata erat, vagis hominibus indiſcretiſque colonis habitabatur. Quam Amandus Dagoberti & Mar. Pont. Max. auctoritate Chriſtum prædicaturus acceſſit, & poſito Vicario Landoaldo, annis octo diligenter coluit, ibi Bavonem magnatem raptu & prædatione infamem ad reſipiſcentiam, & pœnitentiam agendam transfluvium Gandenſem, inflexit,

cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

cujus eodem loco nunc celebre Monaſterium conſtructum eſt. Sed & Monaſteriorum aliorum hic fuit auctor, videlicet Monaſterii ſancti Petri, Aquecincti, Martines, Honon & Elmonenſis in quo mortem obiit anno ſalutis ſexcenteſimo quadrageſimo quinto. Octavo Idus Februarias. anno ætatis ſuæ nonageſimo, adminiſtrationis duodecimo. Cujus corpuſculum ita intemeratum atque elegans inventum eſt, ut capilli, ungues, dentes & barba in ſepulchro quaſi vivi hominis ſuccreſcerent, & poſt felicem ejus tranſitum anno centeſimo quinquageſimo, à Monachis peniculo contactum, novum viſum eſt ſtillare ſanguinem. Floruit ſub Apoſtolico Martino primo, Imperantibus Conſtantino filio Eraclii & Martina cum filio Heraclona & Conſtante.

Decimus Octavus Antiſtes.

REmaclus Albutii à Bezenchovia viri nobiliſſimi filius ex Matrina filia Ducis Sabaudiæ, proponente Sigiberto, curam Trajectenſium ſuſcepit, anno ſalutis ſexcenteſimo quadrageſimo quinto. Qui apud Sulpitium Bituricenſem Epiſcopum, cujus ſupra memoriam fecimus, tirocinium tranſigens: præterea omnibus numeris abſolutiſſimo Eligio diſciplina monaſtica imbuendus traditus brevi tempore ita profecit, ut abſente ob regis negotia

Eligio

Eligio, proximam Abbati auctoritatem vendicaret. Cujus conſilio in Antiſtitem provehi meruit, ſed ab auſteritate prima nihil omittens, plurimorum Monaſteriorum pater præter promiſcui gregis curam, totum ſe juvandis diſcipulis impendit. Quorum præcipui fuerunt beatiſſimi martyres Theodardus & Lambertus, neque non Halinus Confeſſor Aquitanicus atque Divus Adoleſcens Trudo. Qui Hasbanorum antiquiſſimum genus referens, animum adhuc puer induxit, ſi litteras mediocriter ſacras attingere poſſet: nequaquam velle ſe inani nobilitatis fumo gloriari, ſed originem omnem denique ſeipſum in Monaſterium quod fundo ſuo conſtruere cogitabat, bona fide transferre. Super quibus inſtructore angelo Remaclus edoctus eſt: & accito adoleſcentulo, abi, inquit, & D. Clodulpho Metenſi Epiſcopo hoc perfer Epiſtolium. Is non ante remittere, quam deſiderii compos ſacerdotio præclarus regrediaris, Succeſſerunt omnia, & penates reviſens, quæ ſapienter propoſuerat: ſapientius implevit. Nam Monaſterium conſummavit religione & opibus magnificum, opidulum adjiciens quod ſuo nomine auctorem conteſtaretur, quod hodie quoque Divi Trudonis dicitur. Tanto indubie excellentius, quanto Chriſtiano vocabulo illuſtratum eſt non gentili, ſacro, non prophano, qualia noſtratia fere ſunt omnia. Hujus

quon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

quondam puerulus Encomion effudi: quum Collectaneorum ſtipatus exercitu, ſublimis imperator, domum à Le. reverterer.

Accipe me reducem puerorum patria ſancta
Auſpiciis Divæ Trudonis *ſplendida quondam*
Accipe me numeris, verum nullo ære beatum
Mnemoſinumque iſtud laribus præfige paternis
Trudo ſacer puerili olim ſub fronte ſenilem
Canitiem indutus, ſtudiis ac ſtemmate clarus,
Poſt Monachi celſus vita, tua gloria gentem
Hasbanam decorat, ſicut carbunculus aurum,
Unio ſepmentum, ſplendor Titanis *Olympum,*
Illuſtra pueros, quos ante altaria cernis,
Poplite & attenta, mecum obſecrare querela.

Ioppiliæ vero templum in honorem S. Amandi conſecravit & in Arduenna, fontem cruce ſuſcitavit, atque populum Chriſto fidelem fecit. Qui Sigibertus de prolis poſteritate deſperans, duodecim monaſteria paſſim ædificare mandavit: & cooperatorem Grimoaldum majorem domus eſſe voluit. Sed Antiſtes ſæcularium turbarum pertæſus: in Stabulanum monaſterium, ſanctitatis habitum aſſumpſit, molemque adminiſtrationis cauſatus, ſecedere, quam præeſſe maluit, anno ſuſcepti pontificii ſeptimo. Floruit ſub Apoſtolicis viris Martino primo, Eugenio primo
& Vi-

& Vitaliano. Imperante Conſtante. Exceſſit è vivis multis miraculis clarus, tertio nonas Decembres. Claruerunt beatus Bertuinus Molonenſis Monaſterii, & Eloquius Valciodorenſis inſtitutor, atque S. Echo Britannicus, qui in Galliis Verbum Dei uberrimo fructu diſſeminavit.

Decimus nonus Antiſtes.

THeodardus magni Baronis à Bavaria filius ex filia Comitis Namurcenſis, Remaclo ſuffectus (cujus ſollicitudine ad hoc devenit) & à S. Cuniberto Colonienſi Archiepiſcopo conſecratus eſt, anno ſalutis ſexcenteſimo quinquageſimo tertio. Qui ut erat affectus magnanimi fiducia à Tyrannis uſurpatum eccleſiæ patrimonium requirere aggreſſus, multum hac via profecit. Vnde regem Hildericum diſtricte interpellans, dum diplomate inſtructus Franciam appereret ab inſequentibus magnatibus in ſaltu Biwalto Spiræ finitimo interfectus eſt. Sed in agro profluente cruore, quum hujus puer, ab agraria ancilla filum poſceret, quo vulnus capitis colligaret, illa heræ ſuæ ſævitiam formidans, vix tandem impartiit. Quæ in veſperum, quod timebat experta, vapulavit, ſed interverbera, hera cœcitate percuſſa eſt, nec ante vidit quam emiſſo voto Theodardum Martyrem invocaret. Paſſus eſt anno adminiſtrationis ſecundo, quarto

Idus Septembres. Qui primo Hercumbæ conditus eſt. Vnde illum aliquando S. Lambertus auferre tentans, Vangionum Antiſtitem obſtare perpendit. Quem tandem ratione & auctoritate repoſcens: in ſacellum. S. Coſmæ & Damiani, Leodii tranſpoſuit. Floruit ſub Apoſtolico Vitaliano, Jmperante Conſtante.

Seneriſſimo Divi Martyris Lamberti Collegio apud Leodium Euangelium Placentius S. D.

QVo tandem exordii genere? quo dictionis filo, tælam ordiar domini undecunque clariſſimi? Ita vere eſtis quod vulgo creditur, quippe natalium imaginibus non minus generoſi, quam literarum monumentis prolixe illuſtres, rurſus ſic literis ornati: ut nobilitati plurimum inde accedat & utilitatis & gloriæ. Equidem haud temere Cicero contendit, cum ad naturam eximiam & nobilem ratio quædam doctrinæque confirmatio acceſſerit, tum illud neſcio quid ſingulare ſolere exiſtere. Ex hoc eſſe genere quem Romani viderunt divinum hominem Affricanum, ex hoc C. Lelium, L. Furium modeſtiſſimos homines & contentiſſimos, ex hoc fortiſſimum virum & illis temporibus doctiſſimum Catonem illum ſenem. Qui profecto ſi nihil ad percipiendam colendamque nobilitatem

tem

tem literis adjuvarentur : nequaquam ſe ad illarum ſtudium contuliſſent: Ergo quibus nobilitas omnis abſque diſciplinis fumoſa putatur, certe literis permixta rarum eſt & incomparabile margaritum, armillis inſitum ſani pectoris. Igitur hoc veſtro propoſito vix quicquam immitti poterat ſanctius, pulchrius, fidelius, & ad conſequendam immortalitatem compendioſius, quo genus ipſum & originem (quæ illiteratis pluribus male ceſſit) elegantia ſtudiorum, non quidem trivialium, ſed exquiſitorum decorare maluiſtis. Quamobrem, quam videbam vos velle lubens in iis gratiam, ut illo ſcribendi genere augendæque veſtræ celſitudini prodeſſem, quo ſecundum Euangelica & Apoſtolica ſenſa, nullum poterat excogitari ſalubrius, quatenus mea ſumma diligentia Leodinorum Antiſtitum bona fide facta ceu in criſtallino ſpeculo ob oculos ponerem, & oratione illuſtrarem fortaſſis ſat hiſtoriæ conſona. Vt enim cum Politiano fatear, inter omne ſcriptorum genus: quibus vel Græcæ vel Romanæ literæ floruerunt : ii mihi haud dubie de humanis rebus egregie meriti eſſe videntur : per quos aut excellentium populorum, aut ſummorum principum, aut omnium illuſtrium virorum res geſtæ, fidelibus hiſtoriarum monumentis commendatæ ſunt, tantopere, ut abſque jugi earundem lectione nemo non puer ſit, & ille penetra-

tius ſapiat, qui aliorum exemplis ſapere didicit. Quo circa optarim Ampliſſimi Domini, quicquid hoc eſt, quod non ſapiat ungues corroſos, ictumve pluteum, boni vos conſulere, conſilio magni Perſarum regis Artaxerxis cognomento memoris. Qui cum ruſticus ei aquam utrâque manu è proximo fluvio hauſtam obtuliſſet: liberali vultu exceperit. Alter quiſpiam malum pergrande obtrudees, ubi arriſiſſet homini: per ſolem inquit, hic vir mihi videtur: qui ex parva etiam urbe, magnam poſſet extruere, animum potius ſpectandum ratus, quam oblatum, Chriſtus Ieſus quam diutiſſime vos ſervet incolumes. Valete.

Vigeſimus Antiſtes.

LAmbertus hac tempeſtate nolens volens in Epiſcopatū tractus eſt anno ſalutis ſexcenteſimo quinquageſimo nono. Qui prȩclaris ortus natalibus, ex Loſſenſium Comitum generoſo ſtemmate originem trahens, patrem habuit regum collectaneum, nomine Aprum, matrem Heræ ſplendam, Mauritii Romanorum Imperatoris ſanguine cretam. Vnde ab ipſis ſuis crepundiis futuræ virtuti proſpiciens, perſpicuis ſignis fulſit. Non obſcura fama eſt, infante adhuc Lamberto dum hærente lingua, nullam ſatis vocem formaret, ubi per occaſionem religioſa mater alio peregri-

natura abiiſſet: neque alimoniam ſecum aſportaſſet: cunctante illa de reditu, ita fertur admonuiſſet nutricem. Accingere inquit, quantum potes & matri panibus occurre: jam dudum enim egena huc properat. Litura quam nutricis: ſugentis edentulus impreſſerat: cæcæ mulieri medicata dicitur. Sic incorruptæ indolis auſpiciis fœlix, paulo vegetior, ardua dogmatum monumenta memori pectore condebat, in his verſabatur, hunc putabat ludum, hunc jocum ſeriumque exiſtimabat. Magiſtros perinde ac parentes obſervabat: venerabatur, colebat, nempe quos animi noverat educatores. Neque enim ſpem illam, quam Remaclus de ſe conceperat: paſſus eſt videri actis puerilibus degenerem. Quinimo magiſtris morum & litterarum traditus utriuſque cultus cœpit eſſe ſtudioſiſſimus. Nemo parum intereſſe putet, primos anniculos his an his moribus inſtituas: fere enim quales ſe exhibent in morum paleſtra tyrunculi, tales creſcunt emeriti, ut perpetuo Leonidis Pædagogi ſui mores, quos puer imbiberat, Alexander etiam ſervaverit. Vnde ſancti propoſiti parentes habuit indulgentiſſimos: qui ita ſe comparabant, ut omnem ætatis fluxum, bene curatum cuperent. Qui juxta Licurgi legem, puerum in agrum deduci jubebant, ut foro & urbanis delitiis carceret, ne illa pubertas luxu deflueret, quemadmodum fere Lacones li-

beros ruri obligabant, tantiſper dum optimis ſub morum magiſtris eruditi, corpore pariter & animo exercitati valerent, & ſuæ civitati decori eſſe poſſent. Quare Landoaldum primi nominis presbyterum, in pago qui vulgo dicitur Wintershoven, ei præfecerunt cujus monita incredibili aviditate excepta, in mentis penetralia demittebat, nihil prius, nihil purius ducens: quam omnem ſemel conatum, induſtriam omnem rectis diſciplinis die noctuque impendere, Deum timere, eccleſiam colere. Atque ut nuſquam ignis eſt, qui non luceat ac calefaciat: ita glorioſas hic ardoris ſui faces exæſtuabat. Sanctum namque & attenta prece fonticulum neceſſitati pariter & ſolatio proficuum ſuſcitavit: qui hodie primitiæ Lamberti dicitur. Adde prunas flammis igneis vernantes, ſacra linea veſte complexus: per ſpacioſam viciniam, impune domum uſque pertulit. Quæ ſancto Antiſtiti Remaclo animum addiderunt, ut familiarem eum ſibi faceret, & clericum ordinaret. Sed rari ſemper ſermonis, viſus cælebis parce, quærelus, convictus facilis, ſecum manere gaudebat. Moroſorum conſortia tanquam peſtem devitans, ſeſe in cellulam plerunque recipiebat, ut facile intellectu eſſet, neſcio quid latere in adoleſcentulo, quod ſi coaleſceret, ſtupendo attonitum mundum feriret miraculo. Tradunt ſæpenumero ſodales ad optima ſolicitare ſolitum: & ad pieta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

pietatem claſſicum velut occinere. Eia fugite malorum incitamenta adoleſcentes, puritatem hac ſub ætate ſectemini maturitatem addiſcite, literas ſanctas amplectamini, ſapientiam exoſculemini, magiſtros parentum loco ducite, jacite ſanctitatis fundamenta, tirocinium futuræ probitatis cum fiducia exigite, pudore frontem conſpergite, jactantiam execremini is annis indignam, fietque tum, ut bona pe univerſi faveant, omnes vos ament, adjuventque officiis. Quæ non modo voce ed opere ipſo compenſabat, ita ſemper eneræ malæ lanuginem inſtituens, ut ca-nis abunde proſpiceret. Adoleſcentiam quippe ætatem agnovit plane feriendam, & inſaniæ plerunque ſtimulis agitatam. Qua delibuti, imo impiati, imo conſceleati adoleſcentes, omnem virtutis aditum, procacitatis vitio proſtituunt. Hos ſi neſcitis igne ſuo decoquit ſceleſtus amor, exagitat perdita animorum inſidiatrix impudentia, & eo uſque infelicibus excedit flammis, donec nobiliſſima vitæ parte turpiter acta, ultricibus focis urendi tradantur. Senſit inſidias doloſæ ætatis præſagus juvenis: periculum exhorruit, & ille ſecum. Væ miſero mihi, ſi proditam egregie horum exemplo animi pulchritudinem in turpe dedecus prodegero. Quam ego rerum auctori rationem reddere potero? Quo vultu, qua fronte æterni vindicis adſtabo tribunalibus? Si ingratus

ego, ingenua natalitia, majorum ſplendorem, familiæ claritatem, quam illuſtrandam adeo, prompteque tuendam accepi: ſordidiſſimis moribus obnubilem. Satius erat brutum naſci, imo omnino non naſci, quam nativitatis originem flagitiis obſcurare, ignominiis voluptatum confundere, imo prorſus extinguere. Sed quod agam? quo me vertam. Qua via, quove ordine, præſidioque fultus effugiam? Ecce tibi omnes aditus, omnia domorum ſorduere limina, libido ubique regnat, omnia occupat laſcivia, decoquit patrimonia luxus, omnia obligurit ſupina adoleſcentia, & interea qui cunctatior eſt, is plane ineptit, hic ſibilis patet & riſui. At ſcio quid agam. A ſuperis vocor, Deo vocanti parebo valete patria ſtemmata, fumoſæ nobilitatis imagines, valete nutrimenta malorum opes. Velis innocentiæ manus porrigo, priuſquam lubrica me Philtra in naſſam illectent. Continentiæ ſalutari, literarum me ſtudiis dedam, ſic me paſcet pietas, erudiet diſciplina, animabit charitas, ſic mihi opportune prodero ac proximis. Tali meditatione ſedulo animum lactabat, & nequaquam ſibiipſi fidens, explorato prius. S. Antiſtitis Remacli magiſterio, Theodardo ſubinde hujus ſucceſſori, pueritiam tuendam committebat. Qui cum, mirum in modum proficiens, omnium paſſim, ſeorſum autem Clodovæi Francorum regis gratiam mere-

merebatur. Quo demum impellente, urgentibuſque Trajectenſibus: ubi cruente Theodardus occubuiſſet, Epiſcopatum Trajectenſem illuſtrare coactus eſt gloria nobilitatis, & ſanctitatis exemplo, anno ſuæ ætatis, xx. Verum quid attinet abſoluti Pontificis rationem ponere? Nemo enim hoc uno igneis charitatis viſceribus flammatior, nemo vitæ innocentia purior, ſapientiæ ſtudiis devotior: ab omni vitio ſequeſtratior, virtuti anhelantior. Quando enim injurias retaliavit? aut malo ſuſcepto malum rependit? Nam odiorum incendia, invidias, rixas, jurgia, jactantias prorſus ignoraſſet: niſi ex aliorum affectibus collegiſſet. Animo ſemper inconcuſſo, una eademque mentis conſtantia ac vultus ſuavitate ſpectabilis, inceſſui auctoritatem, verbis pondus, geſtibus gravitatem adhibebat. In ſuggeſtu ſacro multa majeſtate euangelium detonans, lacrimas populi, ſuas laudes reputabat. Perpetua aſpectui inerat ſerenitas; niſi forte aut miſericordia lachrimas aut devotio ardorem afflaſſet. Nam de impretermiſſis illis vigiliis, inedia incredibili laborum famis, ſitis, algoriſque patientia, ſatius eſt tacere: quam aliquid dicere. Quanquam optimorum præcipue virorum intereſſe contuberniis gaudebat. Vnde Atrebatis, in tranſlatione, S. Vedaſti, Audamaro Tornacenſi Epiſcopo ſe admiſcens, aſſiſtentibus epiſcopis atque Abba-

tibus quamplurimis, vigili animo intentus, ex eorum moribus velut inſultrix apicula, nonnihil ſuavitatis colligebat. Aderat pariter Audamarus præ ſenio cæcus, qui tum meritis. S. Vedaſti præſentiumque Epiſcoporum illuminatus eſt: Quod beneficium nullo modo ferens, ingenti luctu univerſos increpavit. Me miſerum (inquit) cui tantam felicitatem ſeni invidiſtis. Nam mihi cœcitatem Dominus in ſalutem animæ irrogavit. Neque plorandi finem fecit: donec ſecundo excœcatus eſſet. Hujuſmodi exercitio peractum eſt annorum viginti & octo curriculum: quouſque impiis conſpirationibus, de extrudendo Lamberto per Ebroinum aulæ præfectum, certatum eſt. Qui ubi Theodoricum Clodovei filium natu minorem, Cloathario & Childerico rejecto in Regem aſſumpſerat: ad patranda peſſima illi auctor fuit. Quapropter tam Rex quam funeſtus Conſiliarius, regno privati ſunt, illo ut indigno adminiſtratione Pariſiis in Dionyſianum clauſtrum relegato, iſto aliquandiu transfuga & captivo in Luxovium. Verum Clothario poſt quartum imperii annum defuncto, Franci Childericum ex Auſtraſio revocantes, regem appellaverunt. Qui venationi intentus, in litem cum Blodione magnate incidit, iſteque læſus, in regem cuſpidem regerens, in ſylvam eum transfodit. Quare Leodegario Auguſtudinenſi Antiſtiti & regni

primo-

primoribus viſum eſt, iterum admittere Theodoricum. Hac conditione, ſi Ebroino refutato, Leudenſium filium Erchinoaldi palatio præficeret. Quod admodum Ebroinus gravate tulit. Qui ex inſidiis producto exercitu Leudenſium opprimens, invito etiam Theodorico principatum invaſit, & rebus ſuccedentibus, quum regi rurſum grata eſſet Ebroini conſuetudo, clam multos perfidiæ accuſabat. Neque prius peſtilens conſilium ſuggerere deſtitit: quā ſynodum Epiſcoporum Theodoricus coëgiſſet. In qua plures ex Ebroini ſententia pontificio privavit, aliquot irrevocabili damnavit exilio. Leodegarius diu excarnificatus, poſt famem & carceris ſqualorem, oculorum evulſionem, plantarum ſubnervationem, linguæ ac labiorum præſciſionem tandem capitis obtruncatione martyrium conſummavit. Hujus germanus Serinus lapidibus obrutus eſt, & Lambertus à munere ſuo amotus. In cujus loco prece ac precio Aldoini Coloniēſis Archiepiſcopi Pharamundus ſuffectus eſt. Quare ſub domeſtico perſecutionis tumultu, optimi præceptoris Remacli imitatus exemplum: Stabulanæ quietis portum oppetiit. Ibi cum in Monaſterii dormitorium, forte concidente calceo ſub intempeſtiva nocte Natalis dominici ſtrepitum concitaſſet: decernente Abbate, ut quicunque tantum inſolentiæ tranſegiſſet, ipſe ſe citra cunctationem ad

cru-

crucifixi imaginem ſub dio reciperet; ilico ſubduxit ſe, nihil algore Brumali, & nivium intemperie (quæ tum portentoſe cadebant) deteritus. Verum ubi priſca fides? ubi tanta inſtantia facti? Quid cauſæ putamus, quod hæc nobis uſu minime veniant? qui quoties ad meliora nitimur, toties deſtituimur, conamur, ſed deficimus: aſſurgimus, ſed relabimur, inflammamur, extollimur, ſed evaneſcimus, præclara promittimus, ſpondemus grandia, proponimus montes aureos, ſed promittimus tantum. Quid hoc monſtri? Quia impari cum Lamberto fide contendimus, vacillamus, nutamus, & ſi quid boni cæperimus, inde nobis blandimur, ſicque ruinoſis hæremus turribus. Non ita luctator noſter validus, qui cum Propheta ſupra firmam cuſtodiam ac fideles munitiones gradum fixit. Plurima fateor alia dicenda eſſent, ſed occurrendum eſt lectorum faſtidio.

Vnum eſto, totum hoc ſeptennium ſummis in animi delitiis verſatum fuiſſe ut ne labis aliquando mortalis ſibi conſcius fuerit. Verum enimvero Theodorico capto, per Pipinum, ingenti populorum lætitia reſtitutus eſt, & Pharamundus multis ludibriis rejectus anno ſalutis, 693. Qui nihilo ſegnius, quam anima ad perfectionis faſtigium contendens: Taxandriam ab Idololatria ad veri Dei cultum perduxit, lenitudine magis ac modeſtia fretus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

quam præcipiti verborum, armorumque ſtrepitu. Non enim fugiebat prudentem virum vulgus hominũ pietate duci malle: quemadmodum adamas, nulla unquam machina, arte nulla, nullis infringi viribus poteſt: ſed hircorum ſanguine litus, facile diſſoluitur, & in particulas recidit? ita ſunt quorundam ingenia, quæ nulla vi emollias, niſi officio & manſuetudine, qualia fuerunt fere Taxandrorum, modo recte illam novi gentem, duriuſculam plane & incultam, ſed Lamberti oratione ac moribus facile tractabilem. Odam Boggis Aquitanorum Ducis conjugem marito orbam, ad ſæculi contemptum induxit. Quæ Eccleſias ſua munificentia paſſim ditans, in Amanio monaſterio beato fine quievit. Laudrandam nobilem virginem dum Bliſiæ ſuo fundo collegium inſtituiſſet: Chriſti flammeo conſecravit. Plures ab aula & thalamis avocavit ad cælibatum, cum primis illuſtrem virum Hubertum Aquitanum, cui Floruina Comitis Lovaniani filia nupſerat, ex qua duos procreaverat filios. Floribertum & ut plerique volunt Sylvanum, utrumque divorum numero ſociatum. Quibus ita munitus præſidiis nihil difficile, nihil ei oneroſum evenit: præter unum intolerabile, quæ quum tantis dotibus fælix eſſet, tanta ſpiritus libertate ageret: carnis tamen vinculis adhuc alligatur. Idcirco cætibus intereſſe geſtiebat angelorum diſſolui exoptabat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

& eſſe cum Chriſto. Ea de re divinæ pietatis aures propenſius ſollicitare non deſtitit, quouſque ei non ſenium decrepitum, ſed magnanimitas mortem conciliaret. Quandoquidem Richoaldus & Gallus Dodonis Arduvenæ Ducis fratres. ferocire cæperant, & ſuperbe ſpernari omnem Epiſcopi autoritatem. Quare amicorum auxiliis (quos plurimos habebat & potentiſſimos Lambertus) legumque ſuffragiis, ambo morte mulctati ſunt. Quibus acceſſit quos Pipinum Principem Toppiliæ coram increpare auderet, quoniam Alpaidem, pellicem Pleutrendæ ſuperinduxerat. Curaturum ſe, orci faſtidium (ſic enim illam vocabat) extra Eccleſiam deſciſurum. Igitur muliebri inſania agitata, Dodoni fratri contumeliam literis queſta eſt: quem ſciebat non mediocriter altera ex re offenſum iri. Qui protinus malitioſi pectoris efflans venenum ob vilipenſionem creditam, dolos meditatus, apud Aurorum exercitum conflavit, & ſummo diluculo, agmen producens, ſanctorum Coſmæ & Damiani ſacellum, quo ſe continebat Antiſtes, cum duobus Germanis fratribus Petro & Andeleto, pauciſque clericis, obſidione cinxit. Verum præ tumultuantium fragrore & armorum ſonitu experge factus Lambertus, quum ſuos ex adverſo arma arripere perpendiſſet: tali oratione propoſitum invertit. Quid agere decreviſtis homines Chriſtiani?

ſtiani?Siccine reſpondere libet violentiæ? Non vos hoc docuit vitæ autor mortem patiens, non ſancti Apoſtoli, non innumeri martyres. Sedate iram, ponite animos & vultu mecum hilari mortem deſpicite. Aderit fulgentiori ſydere Deus, qui alicunde victores nos ſtatuat. Si quicquam eſt, quo minus ſuos ille vos martyres agnoſcat, ſalubri confeſſione omne iſtud abſtergite. Neque mora interceſſit, quin irruentibus ſacrilegis, ante orantis oculos trucidarent utrumqueGermanum, & omnes fere clericos, uſque adeo ut vix collecto etiam ſpiritu, in Pontificis tergum, verſatile ferrum eminus penetraret. Sicque factum eſt ut non inferiorem cum Ioanne Baptiſta, martyrii gloriam obtinuerit, quando uterq; ob impugnatũ adulterium, ſanctam perfuderit animam. Hujus teſtis nox illa eſt ſubluſtris, qua deſuper Oratorium crux pellucida aureis radiis à cœli cardine demiſſa eſt, multis id ſtupẽtibus ac demirantibus. Paſſus eſt anno ſalutis ſeptingenteſimo, anno adminiſtrationis quadrageſimo primo, anno ætatis ſexageſimo primo. Clientuli qui pauci admodum evaſerant, corpus ipſum cymbæ implicitum, in villam parentum prope Trajectum in ædiculam Divi Petri transvexerunt. Quo loco haud ſemel ab incolis exauditi ſunt Angelorum chori, luminaria viſa, cæleſti lumine rutilantia. Dodo ter impiiſſimus dolore pariter & plaga ex-

enteratus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

enteratus peſſima, ante annum à vermibus conſumptus interiit, quem ſui præfætoris intolerantia, in Moſam demerſerunt. Complices ad unum omnes, divinitus puniti ſunt, Percuſſor jactabundus in montem publicum Leodii cum fratre congreſſus alter ab altero peremptus eſt. Alpais Dodenis atque ſociorum horrenda morte perculſa, pœnitentiam egit, & Collegium virginum, in ſceleris ſui propitiationem martyri in villa quæ Orpio dicitur, dedicavit, à Nivella aſſumptis ſanctimonialibus, Comitatum quoque à Turnis, qui ei hereditario provenerat. Leodino Antiſtiti ſummiſit & ſeſe in cellulam recipiens, ad mortem uſque in pœnitentia perduravit. Tralatum eſt poſtea glorioſum Lamberti corpus Leodium (ut dicemus) quo ardenti nimium turbarum fervore, dicam an ſtrepitu inviſitur, ut ante aliquot annos, opus etiam fuerit dum pueri illic ferulæ manum ſubduximus hexaſticho turbam ſedare.

Eburo quiſquis ades, tanti qui templa patroni
Inviſis, memori pectore conde tuo
Non ſtrepitu, ſed voce humili pulſa illius aurem
Audit & haud ſurdus ad tua vota manet.

Eſt

Eſt facilis, ſola exaudit ſi mente rogetur:
Utere diſcretis moribus atque vale.

Floruit ſub Apoſtolicis viris Vtiliano, Deodato, Bono primo, Agathone, Leone ſecundo, Benedicto ſecundo, Ioanne quinto. Zenone & Sergio. Imperantibus Conſtante, Conſtantino, Iuſtiniano, Leonio, & Tyberio abſiaro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

CATALOGVS
Omnium
ANTISTITVM LEODINORVM,
Auctore
F. IOANNE PLACENTIO TRVDONENSE, *Ordinis Prædicatorii, Cœnobii Traiectenſis ad Moſam.*

HVbertus Bertrandi Aquitanorum Ducis, & Comitis Palatini filius ex ſorore beatæ Odæ viduæ, ex illuſtri Francorum genere oriundæ, adoleſcens liberalis ingenij, dum venationem indefeſſe ſectaretur & caniculorum plauſu, ardearumq; volatu mirum in modū delectaretur, ſub Paraſceve ſancta à Domino converſus eſt. Quem crucifixum inter cervi cornua ſe increpantem adoravit, ſtatimque inſtitutum mutans inter collectaneos juſticiæ magis & equitati ſtuduit. Vnde Ebroini & Theodorici mores execratus, in Auſtraſiam deflexit. Deinde habitavit in Brabantiam, & cum Lamberto Epiſcopo neceſſitudinem contraxit. Poſt quæ dum mundi contemptum, Romæ pulchrius, quam domi conſequuturum ſe ſperaret vehe-

vehementi cupiditate exæſtuans Apoſtolorum inviſit limina. Ibi ipſa hora paſſionis divi Lamberti cujus monitis ſemper acquieverat Dei Angelus Pedum Pontificum Trajectenſiũ Sergio Pont. Max. exhibuit. Hubertum quendam ſuis ſignis deſignans & adminiſtratione digniſſimum definiens. Quo inter tot millia hominum reperto, dum modis omnibus reluctaretur, rurſus ante omnium conſpectum, eadem inſignia, quæ dudum ipſe noverat, allata conſpexit. Quare nullus imperium detrectandi locus ſupererat, quo minus morem gereret. Itaque ſacrum peracturo Petrus Apoſtolus auream clavem & ſtolam portendit, qua ſignificabatur abſolvendi peccata, & furioſis incolumitatem conferendi autoritas. Qua hora & Leodij vox inſonuit. Nono Martyri Deus ſucceſſorem ſuffecit, hodie à ſuo vicario inſtitutum Romæ Epiſcopum. Sic igitur in Trajectum honorifice exceptus eſt: & aliquamdiu moram trahens, penſiculare cæpit, quemadmodum Leodinæ civitatis fundamenta jacere poſſet. Cujus cum fiducia aſſumpta, non contemnendam partem abſolviſſet, civitati nomen indidit, ut Leodium diceretur. Quam protinus præſidijs legum ſtabilem fecit, libertate donavit, politiam excogitavit, monetam excuſſit, bladi vinique ſextaria

S 2 com-

compoſuit, certam mercis ac operæ menſuram, rationemque promulgavit. Sigillum publicum Divi Martyris Lamberti imagine conſpicuum, ijs verbis inſcripſit Sancta Legia, Romanæ Ecclſiæ filia, Collegium dicam an Monaſterium Divi Petri primo omnium conſtruxit; in perpetuam rei memoriam, ut illic aurea clavis ſervaretur, cui & nigros Monachos Stabulani Monaſterij præfecit, collegium adjecit quod Cathedrale appellant, auſpicijs Chriſtiparæ Virginis & S. Lamberti Martyris, cui viginti de putavit viros canonicos. Nam frequenter tam ipſe quam alij ſanctiſſimi viri ſuperne admoniti fuerant, ne negligeret, quo minus illic ſancti martyris oſſa transferrent. Quem ille poſt totos tredecim annos immunem à putredine ſepulchrique materie ſublimavit, & magna devotione invocavit, civitatiſque patronum eſſe voluit. Qui cum & ſedem tranſpoſuit, anno ſalutis ſeptingenteſimo tercio decimo. Ceterum innumera miracula & virtutes ſecutæ ſunt Iuvigellam enim; prætemavigantes, ſenſerunt ſola invocatione, cæco viſum reſtitui, & Harmall Paralytico ſoſpitatem conferri. E regione immobile feretrum permanſit, & ultro pallium in aëra evolavit, miraculo tali Martyri patrocinans, quatenus illic ſuæ memoriæ ædes didicaren-
tu

tur Oda Scotorum regis filia dum Leodium peregrinata, martyris opem invocaret, & montem walburgi oppeteret, à nativitate lucis communis expers repente videns effecta Lamberti potentiam ſublimi voce confeſſa eſt, quo loco Eccleſia fundata eſt. Innumeros igitur attraxit miraculorum affluentia, ut Grimoaldum etiam Franciæ domus præfectum Leodium exceperit. Quem ante altare martyris orantem. Raginarius Radbodi Phriſonum Ducis ſatelles confecit. qua occaſione Carolus Martellus cum Radbodo ad fluvium Burdonam pugna congreſſus hoſtem falſa deorum religione deceptum fudit & occidit, anno ſalutis, 734. Cujus Martelli libentius mentionem facimus, quia Harſtallum ei Leodiis finitimum perrinuit, quem eo loco Plentrenda noverca comprehendi juſſit, & in cuſtodia detineri. Qua tandem, Francorum orta ſeditione elapſus injurias diſſimulare quam ulciſci maluit, Harſtallum ipſe & Coloniam omnem Huberto ſubmiſit, ita matris Alpaidis culpa effuſum ſanguinem compenſans. Qui & Saracenorum ingentem multitudinem, qui Sarumnam tranſierant. quaſi in Gallias habitaturi, tertio Idus Majas (quibus Divi Servatii feſtum occurrit) ejuſdem invocato auxilio, trecenta octoginta millia cum Abdiama rege ſuo peremit, ſuorum militum

fortaſſe mille quingentorum jacturam
paſſus. Qua potitus victoria Villigiſum
Phariſien. Epiſcopum, Trajectum miſit,
ubi incerta & ſemiruta baſilicæ Servatia-
næ inſtauraret. Vnde techam opificio
ſingulari veſtituit, & cooperante Huberto
corpus Divi Servatij in ſublime elevavit.
Poſt quæ Plentrenda Pipini relicta, æ-
dem Apoſtoli Petri de Scemache ædifi-
cavit, & Hubertus conſecravit, atque in
pagum Andigmenſem au[illegible] literis præ-
ſcribente Angelo Eccleſiam, & Mona-
ſterium conſtruxit, cui ſacellanum ſuum
Beringerium præfecit, arcemque ac poſ-
ſeſſiones Collegio Leodino ſummiſit.
Obiit Furæ tertio Kalendas Iunias tametſi
hujus feſtum celebretur tertio nonas No-
vembres, quibus vel à Carlomanno cor-
pus tranſlatum dicitur vel ab Ogero Da-
noe, ut nonnullis placet, evectum puta-
tur. Floruit ſub Apoſtolicis viris Ser-
gio primo, Leone tertio, Ioanne ſex-
to, Ioanne ſeptimo, Siſinnio Conſtan-
tino, & Gregorio ſecundo, Imperan-
tibus Tyberio, Abſimaro, Iuſtiniano,
Philippico, Anaſtaſio, Theodoſio & Leo-
ne. Claruerunt S. Alardus cum ſua con-
thorali Grimaria, & duabus filiabus Her-
linde & Relinde, qui collegium Driapo-
litanum (quod vulgo *Alden Eyck* nun-
cupatur) inſtituerunt, quod etiamnum
præpoſituræ titulo celebre eſt. Qui Hu-
berti techam auro atque gemmoſa ſup-
pellectile

pellectile ornaverunt, & cultus Chriſtiani poſt ſe monumenta reliquerunt.

Secundus Antiſtes.

FLoribertus Huberti filius. Abbas Stabulanus & Monaſterii D. Petri apud Leodium adminiſtrator, atque ſummi Collegii propoſitus, defuncto patre, ſuffectus eſt Antiſtes, anno ſalutis ſeptingenteſimo trigeſimo primo. Qui Collegio D. Lamberti decem viros Canonicos adjecit, quibus optima ſacerdotia deputavit. Corpus beatæ Odæ amitæ ſuæ, miraculis claræ apud Amanium, ſublimavit, & genitoris ſui corpus cooperante Carlomano rege in Collegium D. Petri tràſtulit. Obiit anno ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, anno adminiſtrationis decimo nono. Sepultus in æde S. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Gregorio & Zacharia, Imperantibus Leone & Conſtantino hujus filio. Quo tempore S. Eucherius Aurelianenſis Antiſtes, apud D. Trudonem in exilium proſcriptus, & à Pontificio deſtitutus eſt. Quia Carolo pugnante adverſus Raginfredum, ſuæ civitatis portas aperire contempſit.

Tertius Antiſtes.

FVlcarius Comitis Lovanſani filius ex filia cuſtodis Flandriæ primi Collegii

Præpoſitus, adminiſtrare cœpit anno ſalutis ſeptingenteſimo quingenteſimo quinto. Hic opibus pariter & virtutibus, novellam eccleſiam illuſtravit: & Franciæ coronam ad Pipinum patrem Caroli magni transferri vidit. Obiit anno ſalutis ſeptingenteſimo ſexageſimo ſexto anno adminiſtrationis decimo nono, ſepultus in Collegio S. Lamberti: Floruit ſub Apoſtolicis viris Gregorio III. & Zacharia, Imperante Conſtantino.

Quartus Antiſtes.

AGilfridus Burgundiæ Ducis filius, ex filia Comitis Averníenſis, Caroli magni nepos & contubernalis, in Epiſcopum aſſumptus eſt anno ſalutis ſeptingenteſimo ſexageſimo octavo. Qui cum apprime eruditus eſſet, eodem cum Carolo, deſiderio ferebatur, paſſim amplectendi Doctos. Aureo nempe illo ſæculo ſuarum adhuc partium putabant eſſe Principes: præſtare, ut non tam potentia, quam doctrina tuerentur remp. Quare S. Lamberti vivendi rationem, & fœlicem agonem compilari, atque fidelibus literarum monumentis, ad poſteros tranſmitti curavit: in glorium indecorumque exiſtimans, ſi tam neceſſarium ac utile exemplar intercideret. Obiit anno ſalutis, 784. anno adminiſtrationis ſexto decimo, ſepultus in collegio Divi Lamberti. Cujus tempore Deſi-

Deſiderius Rex Longobardornm tyrannice omnia egit, & multa oppida vi oppreſſit, multa ſpontanea deditione à Romana ſede abſtulit: ut Hadrianus primus ad tuendas res Eccleſiæ Carolum Roma accerſire coactus ſit. Quo ille adveniens, Papiam obſedit, Deſiderium cum conjuge, pacis perpetuæ obſides, Leodium apud Agilfridum ſervandos miſit. Qui defuncti, Aquiſgrani magnifica ſepultura digna ti ſunt. Floruit ſub Apoſtolicis viris, Paulo, Stephano III. & Hadriano, Imperante Conſtantino.

Quintus Antiſtes.

GErbaldus Bavariæ regis filius, ex Matertera Ogeri Ducis Danoës. Pontificium adeptus eſt anno ſalutis, 785. Qui omnibus ſæculis famoſæ Dedicationi Baſilicę Aquenſis, atque Conciliabulo Trecentorum & quinquaginta Epiſcoporum interfuit: Cui Leo IV. Pont. Max. & Carolus Imperator præſiderunt. Quo definitum eſt, ut Archiepiſcopus Colonienſis, eoque ſublato Leodinus Antiſtes Imperatorem Electum conſecraret. In quo conſeſſu meruit galero inſigniri: & illuſtri titulo omnibus commendari. Cujus rei gratia Pont. Max. in Leodium deduxit: mox etiam Viſetum, quo loco eccleſiam eximiæ gratiis dotatam, auſpiciis Divi Martini dedicavit. Deinde aurorum

oppetiit, & eidem Divo ædes inſcripſit: ſubinde Tungrim adiit & ſemirutum collegium Baſilica ordinata, erigi juſſit, cui extruendæ Ogerium Danoen præfecit, qui ibi. xx. viris Canonicis de ſtipe providit. Comitatus eſt hunc ipſum in Brabantiam, & pariter Bruxellas inviſerunt. Obiit anno ſalutis Octingenteſimo nono, anno adminiſtrationis, XVII. ſepultus in Collegio Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Hadriano I. Leone III. Imperantibus Conſtantino & Carolo magno.

Sextus Antiſtes.

VAlcandus filius Adelreidi Ducis Bulloniæ & Arduennæ, ex Britanniæ Ducis filia, è Decano Leodini Collegii, Antiſtes factus eſt, anno ſalutis octingenteſimo undecimo. Qui corpus ſcilicet Præſulis Huberti conſilio anxilioque Ogeri in Arduennam Monaſterio Andaginenſi tranſtulit, & alteri ſynodo Aquiſgrani celebratæ interfuit qua potiſſimum conſtitutiones in vicia canonicorum ordinatæ ſunt. Providit Andaginenſibus ample & ſplendide, & fratris ſui Erohengoldi patrimonio locupletavit. Obiit anno adminiſtrationis XVIII. ſepultus in Saracampo, cujus ædiculam Chriſto Servatori intitulavit. Floruit ſub Apoſtolicis viris Leone III. Stephano IV. Paſchali primo, ſub contentione Quirini & Eugenii ſecundi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

cundi, Valentino & Gregorio IV. Imperantibus Carolo magno & Ludovico Pio.

Septimus Antiſtes.

PIrardus Reveri Comitis Barenſis filius Leodine præſedit eccleſiæ, anno ſalutis octingenteſimo vigeſimo nono. Qui in honorem ſcilicet martyris Capraſii templum extruxit: quo loco Divi Pauli Collegium ſitum habet. Quo duodecim tunc Monachos degere volebat: qui ſuo vocabulo verè reſponderent. Obiit anno adminiſtrationis tertio, ſepultus in Collegio ſcilicet Lamberti. Floruit ſub Apoſtolico Gregorio IV. Imperante Ludovico Pio.

Octavus Antiſtes.

HIrcharius filius Comitis Sabaudienſis, ex filia Comitis Limogienſis, vir deſiderio & devotione flagrantiſſimus: ſedit annis viginti quinque. Qui primus in ſua Diocœſi Feſtum omnium ſanctorum celebre eſſe voluit: & ſui ardoris copioſiſſimas faculas emiſit. Obiit tertio Kalendas Auguſti, Sepultus in Collegio, S. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Gregorio IV. Sergio II. & Leone IV. Imperante Ludovico Pio., & Lothario hujus filio.

Nonus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Nonus Antiſtes.

FRanco Equitis Hannonienſis filius, origine & religione conſpicuus, pontificali infula decoratus eſt anno ſalutis octingenteſimo quinquageſimo ſexto. Qui patriæ cauſas, & reipub. emolumenta in omnibus ſectatus: eccleſiaſtico ſtatui mirum in modum prodeſſe ſtuduit, hincque laudem ſuper omnes anteceſſores promeruit. Monaſterium Lobienſe decreto Caroli II. Leodinæ eccleſiæ ſubjecit: pariformiter & Magdaram quam demum permutavit cum Metenſi Archiepiſcopo. in Abbatiam Trudonenſem, collegium Suſterii fundavit, quo venerabilis Abbatiſſa Cecilia, cum patre Zendelbaldo Lotharienſi rege requieſcit. Porro anno ſalutis octingenteſimo octuageſimo ſecundo, Normanni adjunctis Danis, Franciam & Lotharingiam pervagantes, inæſtimabili armatorum denſitate juxta Moſam in loco Haſlon conſidentes, Leodium, Trajectum, Tungrim, Aquiſgranum. Agrippinam Coloniam, cum caſtellis finitimis combuſſerunt. Monaſterium Stabulanum, Malmundarium, Indam, Prumiam prophanaverunt: prælium bis cum Leodinis commiſerunt, ſemel vicerunt, ſecundo tentantes defecerunt, nam Goffridum Rollonem atque Sigifridum, Duces oppreſſerunt. Quibus prædam omnem excutientes, inanes abire

abire coëgerunt. Verum intolerabile quiddam accidit: Vtrumque enim Monaſterium Divi Petri & Divi Capraſii & magnam Collegii partem, igne concremaverunt: donec virtute divina ad Sarcophagum, S. martyris Lamberti flamma extincta eſt. Quem illi alia via fœdare aggreſſi, gemmas & aurum auferre cogitabant: ſed ubi illud nullis viribus demoliri potuerunt, congeſtis in acervum ſpoliis, ad naves ſe receperunt. Quos Franco præveniens, hinc inde proſtravit, & in fugam turpiſſimam adegit: & poſtea à ſacro ob id abſtinuit. Corpora ſanctarum virginum Herlindis & Relindis driapoli ſepulta elevavit: & Foſſienſem præfecturam Leodinæ Eccleſiæ ſubjecit. Obiit anno adminiſtrationis, XLVIII. quinto Idus Ianuarias, ſepultus in Collegio S. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris, Benedicto III. Nicolao I. Hadriano II. Ioanne VIII. Marco I. Agapito II. Hadriano III. Stephano V. Formoſo I. Bonefacio VI. Stepbano VI. Romano I. & Theodoro II. Imperantibus Lothario I. Ludovico hujus filio. Carolo Calvo, Lodovico Balbo, Carolo Iuniore, & Arnulpho.

Decimus Antiſtes.

STephanus Comitis Salvienſis filius: Theologus & Poëta, atque Metenſis

Canc-

Canonicus, Cathedram conſcendit anno ſalutis Nonagenteſimo quarto. Qui ſublimi eloquentia & ingenii dotibus pollens, coronides divorum (quas reſponſoria vocant) potiſſime autem inventionis, ſcilicet Stephani condidit, & paſſionem D. Lamberti Vrbanius conſcripſit. Antiphonas & omne præterea diei officium concinnavit. De Trinitate non ineleganti dictionis ſtilo concentum dictavit. Capitulorum atque precum (quas collectas vocant) faſciculos exegi: ex quibus facile colligere licet, quam operoſus atque induſtrius fuerit. Monaſterium ſupra Sambriam inſtituit anno ſalutis Nongenteſimo primo, quod nondum factus Antiſtes, mirifice promovit. Abbatiam Foſſienſem dono Caroli, toto tempore poſſedit: & ut duo ante illum Epiſcopi ſolebant, gratioſe adminiſtravit. Sic enim a Chriſtianiſſimo principe non tantum propter generoſos proavos, ſed ob omnigenarum diſciplinarum cognitionem ſemper magni habitus eſt. ut Francimontum, ſive alio nomine Foreſtam, ſub ſe reciperet, & nihil ita Carolo intimum eſſet, quod non libenter Antiſtiti impenderet. Obiit anno adminiſtrationis, XVIII. quartodecimo Kalendas Iunias, ſepultus in Collegio D. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Ioanne IX. Benedicto IV. Leone V. Chriſtophoro, Sergio III. Anaſtaſio III. Landone I. & Ioanne X. Imperantibus

Aleman-

Alemannis Ludovico filio Arnulphi, Conrado & Henrico. Claruerunt beatus Vibertus qui Monaſterium Gemblacenſe ædificavit: inſtituitque ad modum quem in Diocœſi Metenſi in Cœnobio Gorgienſi monachum agens didicerat. Fraſtrada virgo veſtalis, genere & vita nobilis, in ſpelunca D. Mariæ apud Leodium, ad mortem uſque in ſancto propoſito perſtitit. Plentruda Stephani Antiſtitis ſoror, Comiti Namurcenſi nupta, enixa eſt Gerardum fundatorem & Abbatem Monaſterii Bronnienſis, ſub inſtituto D. Benedicti, Mengoldus Dux & martyr vitiorum rigidus objurgator, quod ſibi proprium erat (quippe vitiis bellum indicere & pœnitentia vitam priorem deflere) in alios transferre laborans, ob Hoyanis occiſus eſt, cujus feſtum agitur ſexto Idus Februarias.

Vndecimus Antiſtes.

RIcharius filius Comitis Hannonienſis, Prumenſis & Stabulani, Monaſteriorum adminiſtrator, Romæ adverſus Helduinum ſimoniacum, cauſas Eccleſiæ agens: locum ei præripuit, & à Ioanne decimo confirmatus eſt anno ſalutis, 922. Qui collegia & Monaſteria conflagrata reædificare aggreſſus, Tumbam S. Lamberti Martyris aræ penitiori coadunavit, & novis officinis collegium S. Petri illuſtrans,

ſtrans, nigris monachis obliteratis, triginta viros Canonicos introduxit, parochiam ſuper rivum D. Servatio dedicavit: cujus oratione, eo in loco fons exiliiſſe credebatur, ædes ſacras à Normannis conflagratas, paſſim Caroli Simplicis & Ludovici hujus filii ſumptibus reparavit. Abbates non ambitioni, ſed hoſpitalitati indulgere, menſibuſque ſingulis ſibi adeſſe voluit, atque horum domicilia, etiam peregrinis, ſemper patere mandavit. Quibus tanquam ſacellanis uſus eſt, cui obediendo, tot opes conflaverunt, tot cenſus atque opima patrimonia congeſſerunt: ut vel Arabes invidere poſſent. Obiit anno administrationis, XXIV. decimo Kalendas Auguſti. ſepultus in æde S. Petri. Floruit ſub Apoſtolicis viris Ioanne decimo, Leone VI. Stephano VII. Ioanne XI. Leone VII. Stephano VIII. & Marino II. Imperantibus Henrico I. & Ottone hujus filio.

Duodecimus Antiſtes.

HVgo vir modis omnibus egregius præfuit annis duobus, menſibus ſex. Sepultus in Collegio D. Lamberti IV. Idus Apriles. Floruit ſub Apoſtolico Marino II. Imperante Ottone I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Tertius decimus Antiſtes.

FArabertus Comitis S. Pauli filius, Abbas Prumienſis, Epiſcopio ſublimatus eſt anno ſalutis, 948. Qui duas Leodii parochias S. Georgii & S. Catharinæ conſecravit, & Driapolitanum Monaſterium mutato cultu eccleſiam S. Andreę fecit. Præfuit annis ſex, ſepultus in Collegio S. Lamberti, quinto Kalendas Aprilis. Floruit ſub Apoſtolico Agapito III. Imperante Ottone I.

Quartus decimus Antiſtes.

RAcherius filius Comitis Viennæ, Monachus Lobienſis, ad Hugonem regem in Italiam profectus, ejus eſt auxilio in Epiſcopum conſecratus anno ſalutis, 953. Quem poſtea Bavariæ Duci favere deprehendens pari facilitate dejecit, & Paphiæ exulare coëgit, ſuffecitque alterum Antiſtitem Farabertum. Hic quum non diu ſupervixiſſet, cauſam ad ſe recipiente Brunone Archiepiſcopo Colonienſi, partes compoſuit. Vnde Racherius reſtitutus, dum more ſuo privata maledicentia & innata quadam mordacitate effluerat plurima in Leodinum populum dicteria jaculatus, ſecundo depoſitus eſt, & in Lobienſe Monaſterium relegatus. Qua occaſione, invectivam in Leodienſes

ſcripſit: cui titulum indidit Phreneſis malignantis populi, & alterum Apologeticon, quod inſcripſit inefficax. Conſcripſit, præterea de Dominico corpore & ſanguine tractatum unum, & alterum de prædeſtinatione, atque ſermones minime aſpernandos. Adminiſtravit Eccleſiam Leodinam annis tribus, ſepultus Lobiæ. Floruit ſub Agapito II. & Ottone I.

Quintus decimus Antiſtes.

BAldricus hujus nominis primus, filius Comitis Montenſis, adnitente Raginerio auvunculo ſuo, Hannonienſi Comite, adminiſtravit eccleſiam annis III. ſepultus in Collegio D. Lamberti XV. Kalendas Octobris. Floruit ſub Apoſtolico Ioanne XII. Imperante Ottone I.

Sextus decimus Antiſtes.

ERaclius Ducis Polenſis filius, è Saxoniæ Ducis filia. Propoſitus Bonnæ, in divinis & ſæcularibus literis adprime eruditus, pontificem egit anno ſalutis 960. Qui ſcholas paſſim inſtitui in Monaſteriis ordinavit, ne monachi (ut hac tempeſtate videre eſt) inſcitia & ocio defluerent. Auditoria vero quibus Grammatica & Dialectica docerentur, in civitatibus intertenerі mandavit, quibus in verecunde ſe aliquoties ingerens, non ei

con-

confuſus alios docere, quæ majuſculus ipſe apud Coloniam Agrippinam didicerat. Si quando hac ſpe animati decedebant aduleſcentes, epiſtolas ſuapte manu conſcriptas dabat, & commendabat regionibus, quas ſtudiis ſciebat optime affectas. Quare quam plurimi docti evaſerunt, & patriæ decori fuerunt. Ob hunc vere Epiſcopalem & ſumme Chriſtianum affectum factus eſt Ottoni à conſiliis. Et Brunoni Colonienſi Archiepiſcopo amicus chariſſimus. Qui morbi (quem lupum vocant) ægritudine penè incurabili laborans, Turonum advectus eſt, & eatenus corpuſculi incolumitatem conſequutus, quatenus D. Martini ope implorata, Canonicum ſe ejus Collegii inſcribi curaret. Poſt quæ Leodium reverſus in præcipitio montis, Collegiũ D. Martini fundavit & triginta viros Canonicos ordinavit. Sed & anno, 968. alterum abſolvit quod olim D. Capraſii Monaſterium fuit. Nunc Collegium S. Pauli ordinatis viginti viris Canonicis, Monaſterium denique D. Laurentii ædicare diſponens, ſed morte præventus conſummare non potuit. Rutis autem S. Euramari corpus tranſtulit. Obiit anno adminiſtrationis XII. VI. Kalendas Novembris ſepultus in Collegio D. Martini. Floruit ſub Apoſtolicis viris Ioanne XII. Leone VIII. Benedicto V. & Ioanne XIII. Imperante Ottone I. Claruit Euelinus vir eximiæ ſanctitatis, cui Domi-

nus arcana plurima revelavit, & Guilielmus Eques auratus, qui parochiam Leodienſem S. Mariæ Magdalenæ conſtruxit.

Decimus ſextus Antiſtes.

ROgerus ſive Notgerus, Gnaionis Ducis Suavorũ ex Helena ſenioris Otonis ſorore filius, legum Doctor & Philoſophus, linguæ ac morum elegantia quam commendatiſſimus Pontificio ſublimatus eſt, anno ſalutis, 972. Qui urbem à Normannis fœdatam ædificiis honeſtavit, muro veſtituit, & miro opificio ad techam D. Lamberti adhibito, baſilicam à fundamentis renovans, quadraginta Canonicis celebrem reddidit. Tempore autem pacis belli non immemor, arcem capri-montanam cum illinc nonnihil civitati timeret, a tyranno rogatus, ut infantulum è fonte ſuſciperet, quem ei uxor decurſis menſibus enixa fuerat, non paucos milites ſub Clericali ac Monachali habitu cælans ingreſſus eſt, mœnia diruit, fortalicia atque munitiones vaſtavit. Sacella duo, quorum ſtipe viginti ſacrifici vivebant, nulla induſtria demoliri potuit: quouſque emiſſo voto, altera ejuſdem cultus conſtructurum ſe polliceretur. Quorum proventus partitus eſt bifariam, quos partim Baſilicæ Divæ Virginis Aquiſgrani, partim Collegio S. Ioannis Euangeliſtæ, quod apud Leodium in inſulam ipſe conſtruxit

deſi

deſignavit. Palatium ſuum mira induſtria validum fecit, & parochiam ad fontes inſtituit, Collegium D. Pauli ad feneſtras uſque extructum, perfecit, adjectis Canonicis decem. Collegium ſanctæ Crucis & omnes officinas illuſtravit, poſt quod & Dionyſianum Collegium condidit, quo primum viginti, deinde triginta Canonicos collocavit: Moſam paſſim per avitatem ſe intercipere, & S. Ioannis Collegium alluere procuravit, & plurima emolumenta pro R. Pub. ſuſtentanda excogitavit. Foſſienſem fabricam recuperavit, & caſtro conſtructo juxta ſitum, ab incurſibus hoſtium præſervavit quod idem adhibuit in præſidium Marchiæ Epiſcopalis & Monaſterii Lobienſis, Tuynum caſtrum non ignobile, medium exſtruens. Complures D. Benedicti præfecturas (quas Prioratus vocant) inſtituit: Prioratum S. Symphoriani in Boxo, S. Mariæ in Barberia, S. Stephani in *Mammeche*. S. Victoris in Hoyo. Quibus locis memoriam omnium Chriſti fidelium animarum, poſtridie omnium ſanctorum fieri voluit: & ſalutaribus victimis pro eis Deum exorari. Adalberti martyris recenter interempti, ædiculam juxta Collegium S. Ioannis Euangeliſtæ conſtruxit: & Monaſterium ſanctimonialium Villa, quæ Villica dicitur, ad Rhenum inſtituit, & Semblacum ad ſe recepit, denique ædes D. Michaëlis conſecravit. Plura quoque alia

loca ſua munificentia nobilitavit, & in
omnes beneficus, omnes omnium gra-
tias, conciliavit. Tanta quippe prudentia
atque eruditione pollebat, ut ſenrentia om-
nium principum, tertii Ottonis tutor fie-
ret, & proventus quos Hoyani quotannis
pendebant, ab eodem condonari ſibi me-
reretur Imperatori Henrico adverſus Bal-
duinum Flandriæ Comitem auxiliares
manus adhibuit. Gandavum pariter ob-
ſedit, agroſque finitimos populatus eſt,
donec ſacramentis fidei Imperatori ſe a-
ſtringeret, & Valentianas reſtitueret. At
mihi non videtur veriſimile, quod aliquot
hiſtoriæ ſatis indecore perhibent, tantum
Antiſtitem propterea demeruiſſe nomen
ſanctitatis, quia arcem Caprimontanam
(ut diximus) dolo & technis uſurpavit.
Nam quod pro opinione ſua afferunt tam
inepti ſcriptores, tantum à ratione diſſi-
det quantum quod nuſquam cohæret. Qua-
ſi vero mater ſemet, cum infantulo non-
dum baptizato, in puteum demiſerit præ-
cipitem? Sed quid habeat iſtud frontis?
Non enim facile conſueverunt puerperæ,
maxime nobiles matronæ, tam inſperate
& ſubito exilire, neque vir tam ſagax cu-
ſtodiam hac parte neglexiſſe credendus
eſt. Obiit anno ſalutis milleſimo ſeptimo
quarto Idus Aprilis. Cujus exequias ut
de omnibus optime meritus erat, Collegia
quæ extruxerat pulcherrimo cultu proſe-
quuta ſunt. Primo Collegium D. Lam-
berti,

berti, I I. S. Pauli. I I I. S. Martini, I V. S. Petri, V. S. Dionyſii, V I. S. Ioannis, quo requieſcit. Floruit ſub Apoſtolicis viris Ioanne X I I I. Bened. VI. Bon. I I. Bonifacio V I I. Benedicto V I I. Ioanne XIV. Ioanne XV. Ioanne XVI. Greg. V. Ioanne X V I I. Martino I I. Sylveſtro I I. Agapito I V. Ioanne X V I I I. & Ioanne X V I I I I. Imperantibus Ottone I. I I. & I I I. & Henrico Claudo. Claruerunt pacis & belli exercitatiſſimi viri D. Amfredus, Comes Hoyanus, qui Collegium dominarum in Thoren inſtituit, quo uxorem & filiam vitam agere præcepit. Qui ſacris initiatus, Hoyanum Comitatum Leodino Antiſtiti commiſit, non multo poſt factus ultra Trajectenſis Antiſtes. Item Godefridus Comitis Viennæ filius, qui reliquias S. Remacli à ſtabuleto Leodium tranſvexit, cujus occaſione duæ parochiæ ejuſdem nominis extructæ ſunt. Item Arnulphus Ruminaceus, Eccleſiæ Florinæ fundator, duos genuit filios, Godefridum & Gerardum Cameracenſem Antiſtitem, qui Monaſterium Ioanni Baptiſtę in Florinez perfecit, & eximiæ ſanctitatis exemplum poſt ſe reliquit. Item Harigerus Abbas Lobienſis, hiſtoriæ Leodiorum fidelis compilator Lobiæ vita exceſſit. Item D. Abbo Abbas Floriacenſis Victorii calculum commentatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Decimus ſeptimus Antiſtes.

BAldricus ejus nominis ſecundus: filius Lodovici Comitis Loſſenſis ex filia Ducis Limburgenſis, Roghero ſubrogatus eſt. Qui nullum Collegium, nullum Monaſterium, nullam ſuæ ditionis ædem adiit: à qua non munificus abſceſſit, ita omnibus hujus beneficio ſemper aliquid acceſſit. Pannardum optimum patrimonium collegio ſummo contulit, & ſuſtentandis quotidie viginti pauperibus multa erogavit: Generoſum dominum Arnulphum, Loſſenſem Comitem ſpe ſobolis deſtitutum, ſano conſilio ad reſignandum Comitatum, Eccleſiæ permovit. Cum Lamberto Comite Lovanienſi expoſtulavit, & caſtellum in Villa Hugardis munire diſpoſuit. Sed terræmotus circa meridiem quarto decimo Kalendas Decembres invaluit, & Antiſtes cum ſuis à Lamberto procul coërcitus, ſub conflictu ſuperatus eſt, & interempti plus quam trecenti viri. Quod infortunium quanquam alicunde ulciſci potuiſſet: in melius tamen argumentum convertere maluit. Vnde rebus pacatis, Monaſterium D. Iacobi apud Leodium inſtituit: quo Monachi perpetuo pro occiſis hoſtias Deo immolarent. Subinde Monaſterium S. Laurentii nuper ab Eraclio inceptum, perficere cogitavit: ſed à Ioanne Italico, Epiſcopo & pictore ele-

elegantiſſimo retractus, ſententiam mutavit. At Comes Hezelo ſuarum poſſeſſionum, beatum Laurentium hæredem ſcripſit. Porro Monaſterium Florinenſe Antiſtiti ſubjectum eſt. Obiit anno adminiſtrationis undecimo, quarto Kalendas Auguſti, quum ad expeditionem in Phriſios ab Imperatore Electus fuiſſet. Sepultus in Monaſterio D. Iacobi. Floruit ſub Apoſtolicis viris Sergio IV. & Benedicto VIII, Imperante Henrico Claudo. Claruit D. Godeſcalcus. Propoſitus Collegii D. Lamberti, qui D. Bartholomæi Collegium extruxit: & duodecim Canonicis providit. In D. Arnulphi Comitis Loſſenſis nobiliſſima Conthoralis, pacem inter Comitem Lovanienſem & Antiſtitem compoſuit, & Varennam caſtrum ſuum Eccleſiæ Leodinæ deputavit.

Decimus nonus Antiſtes.

VOlbodo filius Godefridi Ducis Montenſis, ex Ioanna Balduini Flan-lrorum Comitis filia, legum Profeſſor & ltra Trajectenſis Decanus, ab Henrico mperatore è clauſtro raptus, regni Canellarius & Leodinenſis reip. adminiſtraor, inſtitutus eſt anno ſalutis 1017. Qui orporis Gygantei, animi præſtantis, atue ingenii liberalis, vigiliarum algoriſue patientiſſimus, plerumque in aſperam yemem diſcalciatus in templis pernoctabat.

ctabat. Poplites ex jugi atque indeſinenti inflexione quaſi bubalum, tuberes & plantas pedum ex diutino ſitu quaſi cruſtatas habebat. Cotidie inopum ſtipatus exercitu, multa ſimplicitate procedebat, & omnis cultus omnino expers munerarium egentium ſe dici gloriabatur. Fumantes patinas ac phaſides aves, lentis vaporibus decoctas abominatus: ſola eleemoſynarum profuſione prodigum ſe oſtendebat. Tapetas & aulea, quum argentum deeſſet, erogari præcepit, quæ pauperum caſas veſtire permittebat, quoūſque ab Iconomis precio redimerentur. Vnde Henricum Imperatorem, ob rem neſcio quam, ſibi ſuccenſere, magnatum ſuorum literis intelligens: a magnatibus, tanto principe conciliando, pecunias exigebat. Quas eadem facilitate qua impetraverat, mendicorum collecto examine diſperſit. Qua re audita Sereniſſimus Imperator, non modo in gratiam illum recepit: ſed multo intimus ſibi definivit eſſe chariſſimum. Officinas Monaſterii D. Iacobi imperfectas, cultu mediocri veſtivit: & Monaſterium D. Laurentii adhuc deſpicabile, aliquot ædificiis correxit. Pompas ſacras, quas proceſſiones vocant, Collegiis indixit: Pſalterium Davidicum ſuapte manu conſcripſit, & ſingulis pſalmis ſingulas precatiunculas præfixit, qui liber magna religione in Leodio ſervatur. Pacem inter Imperatorem & Heribertum Archiepiſ-

copum

copum Colonienſen confirmavit, & proxime moriturus, quum ex ſtomacho laboraret, coram Abbate Popone teſtamentum condidit. Sicque in cinere & cilicio recubans: ſalutiferæ Crucis amplexatus imaginem atque exoſculatus: ſanctam animam exhalavit anno ſalutis milleſimo vigeſimo primo, adminiſtrationis ſuæ menſæ trigeſimo, undecimo Kalendas Maias, ſepultus in Monaſterio D. Laurentii. Floruit ſub Apoſtolico, Benedicto VIII. Imperante Henrico.

Vigeſimus Antiſtes.

DVrandus è familia Godeſcalci, Propoſiti D. Lamberti, ab Henrico Imperatore, ut vir omnium artium callentiſſimus. Leodienſi Eccleſiæ deputatus eſt, Canonicis interim eligentibus Godeſcalcum. Qui ſibi invicem via regia facti obviam, dum ille beneficium regis in dominum ſuum transferre conaretur: ilico in ſe propenſum magiſque faventem enſit. Vnde in civitatem pariter coëquitantes, quum Durando Godeſcalcus latus lauderet, illeque ſublimior equo inſideet: vulgaribus fabula fuit, qua Gallice dicebatur. Inepte Heri ſcapulas occulit dientulus. Cæterum hujus nomen propemodum rei conveniebat, ita aliorum collatione, vere durus & quercinus fuit Durandus. Collegis enim & olim gratiſſimis

ſociis

ſociis conſtipatus inceſſit, in quos omnẽ Vosbodi ſubſtantiam perfudit. Quem erga ſe commotum, ſæpe in ſomnis admonitus, & jam aperte comprehendens, dum vitiis nullum finem facit; tertio in virga furoris redargutus eſt, & baculo paſtorali afflictus. Itaque ſubito ægrotans, & morte præventus: ſub dio recondi ſe præcepit, in ſupercilio montis è regione monaſterij Divi Laurentij, quo antiquitus patibulum conſtitutum erat. Obijt anno ſalutis 1024. anno adminiſtrationis tertio, haud quoque dignatus tecto, donec monaſterium plene conſtructum eſſet. Floruit ſub Apoſtolico Ioan. 20. Imperantibus Henrico Claudo, & Conrado, qui Collegium Divi Adalberti in Aquiſgrano fundaverunt & viginti Canonicis providerunt.

Vigeſimus primus Antiſtes.

REginardus filius Ducis Bavariæ ex filia Phriſonum tyranni, Propoſitus Colonienſis & Tornacenſis, atque Archidiaconus Virdunenſis Pontificium pecunia ab Imperatore Conrado comparavit, anno ſalutis 1024. Qui ab Heriberto Archiepiſcopo Colonienſi conſecratus Stephanum Monaſterio S. Laurentij præfecit, cui ſingulariter affectus S. Martini inveſturam quam vocant, commiſit. Qui quarto

admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

dminiſtrationis anno compunctus, Ro-
nam adiit, conflatiſque nobilium co-
iis non tam peregre, quam ad bellum
idebatur inſtiuctus. Qui Ioanni Ponti.
Maxi. multis lacrymis peccata confeſ-
us: ita ex animo pænitere viſus eſt, ut
ertio die à ſe remotum Pontificium, aſ-
ſtentibus magnatibus & Senatu Ro-
nano reciperet Qui reverſus non parum
nolumenti reipub icæ attulit. Pon-
em enim lapideum Moſæ ſuperædifica-
it: duos ſubinde adjecit iis locis qui-
us potiſſime excurrit fluvius. Parro-
hiam S. Nicolai col'egio S. Crucis
ontiguam dedicavit: cujus invocatio-
e, à peſte & muſcarum infeſtatione
eodium liberatum eſt. Collegio Divi
artholomæi octo adnotavit Canoni-
os: quos munifice dotavit; Xenodo
nia aliquot inſtituit, ad quæ concurre-
nt inedia laborantes, & famelici. unde
aſſim mille & ducentos cotidiana ſtipe
lucavit: Leodij trecentos, Hoij tre-
entos, Dionanti trecentos, Foſſæ tre-
entos. Invenio eundem una cum prin-
ipibus Germaniæ Odonem Campaniæ
omitem oppugnaſſe, & pro Imperio
nagnam nobilium jacturam paſſum.
biit anno ſalutis 1036. ſecundo no-
as Decemb. anno adminiſtrationis 13.
pultus in Monaſterio Divi Laurentij.
loruit ſub Apoſtolicis Viris, Ioanne 20,
Benedicto 9, Imperante Conrado 2.

Vige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Vigeſimus Secundus Antiſtes.

RIcardus filius Reneri Comitis Gelrorum, ex ſorore Reginardi anno primo deſunctionis avunculi ſui, Antiſtes conſtitutus eſt. Qui Dionanti caſtrum conſtruxit: quo eleemoſynas tranſtulit, reſciditque teſtamentum, quod Reginardus Monaſterio Divi Laurentij condiderat. Parrochiam Divi Remacli, & alteram S. Thomæ fundavit. Obijt anno adminiſtrationis 5 Calendis Auguſti, ſepultus in Collegio Divi Lamberti. Floruit ſub Apoſtolico Benedicto nono. Imperante Conrado & ejus filio Henrico.

Vigeſimus tertius Antiſtes,

VVazo filius Comitis Iuliacenſis, ex nepte Suevorum Ducis, frater Et Vuenſonis Abbatis florinez ſpiritu ſapientiæ atque ſcientiæ, deniq; religione inſignis Antiſtes ordinatus eſt anno ſalutis 1042. Qui doctor Theologiæ, & cantor atque ſcolaſticus Divi Lamberti, anno ſuæ ætatis 105. ad Pontificij culmen bona ſpe pervectus: tanto annis & conſtantia inſtructior fuit, quanto Ricardus utrimque defecit. Cujus ſæculum fames pervalida per Gallias atque Germaniam afflixit: & belli calamitas perturbavit. Nam Godefridus adverſus Imperatorem rebellavit: & ducatu ſuo repudiato: Moſellanorum

ducat

ucatum ambivit. Cui ſtatim Antiſtes aditum in patriam præcluſit, caſtella arceſque quas à ſe defecturos ſuſpicabatur, ne ei latibula ſupereſſent, diruit, ex quo potiſſime ejus ſpectata eſt prudentia, Collegio S. Crucis canonicos: & beati Bartholomei decem aſſociavit. Obiit anno ſalutis 1048. octavo Idus Iulias. Floruit ſub Apoſtolicis Viris Benedicto IX, Sylveſtro III, Gregorio VI, Clemente II, & Damaſo II, Imperante Henrico II. Claruit Lambertus, ſive Baldericus Comes Lovanienſis, qui in ſua civitate, Collegium S. Petri conſtruxit. Item Albertus Comes Namurcenſis. è monaſterio Namurcenſi rejectis Monachis; Collegium 20 Canonicorum inſtituit. Item Hermannus frater Comitis Loſſe. Boſcaſtri Baſilicam augmentavit: & ſeptem Canonicis providit. Bozo Archidiaconus Hoijenſi collegio novem Canonicos adjecit. Adalbertus Canonicus Tornacenſis in Rhoda, parrochiam S. Mariæ virginis & paranymphi Gabrielis ædificavit: quo loco Monachos inſtituti Aeremitarum S. Auguſtini collocavit. Claruit Franco Scholaſticus Divi Lamberti, ſcientia literarum & morum probitate conſpicuus: qui Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi librū de quadratura circuli dedicavit. Fredericus Gothelonis Ducis filius, collegij

Divi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Divi Lamberti clericus, & ſeptimus Romanæ Eccleſiæ levita, dum minime ſe placere Imperatori Henrico intelligeret, ob odium, quod in Germanum ſuum ducem Godefridum conceperat: poſt legationem Conſtantinopolitanam: Caſſinenſe Monaſterium ingreſſus, primo Monachus, deinde Abbas, poſt Stephani Papæ noni, nomine alteratus eſt, & veteris contubernij in faſtigio rerum nequaquam immemor, antiſtiti Leodino ſuperhumerale præcioſiſſimum deferendum in ſcapulas tranſmiſit.

Vigeſimus quartus Antiſtes.

THeoduinus Bavariæ Ducis filius, Henrici tertij Imperatoris conſanguineus, utriuſque Iuris Doctor, proponẽtibus Alemanniæ primatibus, Antiſtes Leodinus effectus eſt anno ſalutis millesimo quadrageſimo nono. Qui à Stephano ſuperhumerale primus exce[pit], à quo provintiam habuit transfe[rendi] Divi Albani reliquias, à Moguntia Leodium. Hannoniæ Ducatũ ab Heroi[na] Rechilde & hujus filio Balduin[o] ſuſcepit & auctoritate Imperatoris po[ſ]ſedit, Hoij collegium atque Baſilica[m] conſtruxit, & quindecim viros Cano[nicos] ordinavit. Quæ tametſi nomi[ne] Theoduini ædificata eſt: Hoijanoru[m] civium impenſis conſummata dicitu[r]

Tertia

Tertiam enim bonorum ſuorum mo-
bilium partem Antiſtiti aſſignaverunt
quibus paſſim ſacras ædes recuperaret.
unde eis, immunitates, & privilegia
conceſſit, quatenus arcis Hoijanæ cu-
ſtodiam haberent, quouſque mortuo
Epiſcopo, alter confirmatus eſſet, civi-
tatemque requireret, ædem Rhinecho-
nis, auſpicijs Divi Everſimari conſe-
cravit, & apud Leodium à Stephano
miſſum non exiguum ſalutiferæ crucis
fragmentum atque reliquias Divi Ia-
cobi Apoſtoli, aliorumque ſanctorum
tranſpoſuit. Obiit anno ſalutis Mille-
ſimo quinto, nono Calendas Iulias an-
no adminiſtrationis 28, ſepultus Hoij
in Collegio Divæ Virginis. Floruit ſub
Apoſtolicis viris Leone nono, Victore
ſecundo, Stephano nono, Benedicto
decimo, Nicolao ſecundo, Alexandro
ſecundo, & Gregorio ſeptimo. Impe-
rantibus Henrico & ejus filio. Claruit
beatus Theobaldus, qui in ſpelunca vi-
tam ſolitariam egit & miræ ſanctitatis
exempla poſt ſe reliquit. Et ad ſepul-
chrum Divi Trudonis miracula plu-
rima fiebant. Comes Flandriæ contra
imperium ſeditionem movens, una
cum filio ſuo Hannoniæ Comite qui
vendebat Antiſtiti feudum, Tuduinum
prius incenderunt, deinde ſuburbia
Hoij & agros populati ſunt.

Vigeſimus quintus Antiſtes.

HEnricus filius Federici Lotharingiæ Ducis ex Matertera Ducis Godefredi Bullonenſis ſollicitante Philippo Francorum rege in Antiſtitem conſecratus eſt, & in munere ſuo ſemper manſuetus atque pientiſſimus, pacifici cognomen accepit. Qui opidum D. Trudonis oppugnare non deſtitit, donec cives ſe dederent, & luponem Monachum ſtatura & natalibus inclytum, adminiſtrationem Monaſterii uſurpantem rejicerent. Vnde Adalardo quodam in Abbatem confirmato, factum eſt ut Monaſterium mire degeneraret. Nam aulam ille verius quam religionem ſectabatur, & in ſæculares mores propenſior nimium Monachis habenas laxabat. Igitur ſubito in phreneſim delapſus, ingenti ſuo periculo intellexit, quam id Deo & ſancto viro ingratum eſſet. Veruntamen in Monaſterium D. Laurentii apud Leodium advectus, ope beati Valbodonis ad ſanam mentem rediit. Ædificavit autem Abbas Adalardus Collegium Trudonenſe, & Templum D. Virginis, atque duodecim ædes ſacras per viciniam complevit, & mortuus eſt. Rurſus vero diſſidentibus Monachis, cum ſecundo electus eſſet Lupo, & alter quidam Lauzo. Hic ab Antiſtite confirmatus eſt, & ille turrim Baſilicæ novæ in foro invadens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

dens, veſtibulum templi ſpeluncam fecit
ſicariorum & perditorum hominum. Quod
Bruſtemii villani homines, qui in urbicos
privato odio velitabantur incendentes,
magnam opidi partem cum templo exuſſerunt. Quos Antiſtes dure redarguens
perpetuo civibus odibiles execrabileſque
reddidit & tranſmiſſis duodecim marcis
univerſa reparavit. Ea tempeſtate turbata erant omnia, neque locus aliquis tutus
latrociniis, & ſtrage. Vnde Antiſtes
concilium primatum advocavit, & ſanctam cum eis pacem pepigit, inventaque
conditione, Marchiarum, Comitatuum, dominiorumque, ſe defenſorem
& principem ſcripſit, & ſatrapas ordinavit. Obiit anno milleſimo Nonageſimo
primo, Pridie Kalendas Iunias. Floruit
ſub Apoſtolicis viris Gregorio VII. Clemente III. Victore III. & Vrbano II.
Imperante Henrico IV. Claruerunt egregii viri Equeſtris ordinis Radulphus &
Lambertus, horumque nepos. Fulminus
qui Monaſterium Fullonenſe, & Xenodochium conſtruxerunt, quo loco etiam
collegium conſtitutum eſt anno ſalutis, 1080.

Vigeſimus Sextus Antiſtes.

OBertus filius Marchionis Brandeburgenſis, ex ſorore regis Danorum,
Pontifex appellatus eſt anno ſalutis mille-

ſimo nonageſimo, ſecundo. Qui à Gode-
frido Ducatum Bullonenſem quum in
Chriſtiani nominis hoſtes accingererur
mille trecentis marchis argenti compara-
vit, & à Balduino Hannoniæ Comite Tuy-
num cum juriſdictione redemit: Fragimor
Leodiis vicinum poſſedit, atque caſtellum
Mirwart reædificavit. Inſuper impetrata
Henrici IV. auctoritate, Clarimontum
coëmit. In Rhodam corpus D. Odæ vir-
ginis elevavit, Parochiam ſuburbii Leo-
dini Divæ Fidis inſtituit. Cellulam D. Ia-
cobi (quæ hodie eſt D. Leonardi cœno-
bium) in prioratum inſtitui Benedictino-
rum ordinavit, & ædem D. Huberti con-
ſecravit. Obiit anno adminiſtrationis
XVIII. pridie Kalendas Februarias, ſe-
pultus in Collegio D. Lamberti. Florui
ſub Apoſtolicis viris Vrbano II. Sylve-
ſtro IV. Paſchali II. Gelaſio II. & Ca-
lixto II. Imperantibus Henrico IV. & V
Qui Leodium ingreſſus anno milleſim
centeſimo tertio quum quærimoniam ad
vertiſſet contra inſolentias Gothunini, ar
cem illius quæ Valkenburg dicitur dire
prioni dedit, & tyrannum perſecutus e
Claruit invictiſſimus Chriſtianæ militi
anteſignanus Godefridus Dux Bullonenſi
qui in expeditione Hieroſolymitana m
rabiles ac inauditos triumphos conſequ
tus eſt. Anno ſiquidem ſalutis milleſim
nonageſimo nono, Chriſtianis Turcas d

bella

ɔellantibus, obſeſſa eſt Hieroſolyma Idiɔus Iulii, & trigeſimo die capta. Sexta Feria in Templo & Solomonis porticu, ɔum Paganis quinto bello conſerto, tanta n infideles ſtrage debacchati ſunt, ut in ɪnguine interemptorum ad equorum geɪa equitarent. Quarto Kalendas Augu-ɪi ſexto bello cæſa ſunt centum millia arracenorum, & in porta Aſſcalonia ſuf-ɔcata ſupra duo milia, præter eos qui in ɪari perierunt, & inter tribulos abſumɪi ſunt. Poſt quod multis principibus reɪtriantibus, Godefridus ad principandum ɪectus rex Hieroſolymorum declaratus ɪt. Anno ſalutis milleſimo centeſimo ɪinto, toto menſe Februario Cometes ɪparuit. Nam Aquiſgranum properave-ɪt Henrici Imperatoris filius, qui patrem digne in cuſtodiam depreſſit: & inde ɪiſſum perſequutus eſt. Cumque ea de Leodium confugiſſet, civitatem adverɪs patrem invadere cogitavit. Sed quinɪFeria cœnæ dominicæ, gregarios miɪes inconſulte premittens, dum pontem ɪud Viſetum occupare ſperaret, ne quis ɪcurſanti obſiſtere poſſet, Imperatoris ɪercitu pontem exoccupante, cum ſuis ɪulſus eſt, aliis aut captis, aut occiſis, ɪt in Moſam demerſis. Inter quos adɪmeratus eſt Bruno Comes, & non pauɪ nobiles. Ea tempeſtate Leodii porca ɪixa eſt porcellum, humana facie, & pulɪ quadrupes natus eſt. In Haſbania mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

lier obſcura monſtrum biſgemini corporis peperit, quod averſis vultibus atque corporibus ſic ſibi cohærebat, ut ante effigies eſſet hominis, integro corporis atque membrorum ordine diſtincta, retro facies canis, ſimiliter corporis atque membrorum proprietate incolumis. Anno ſalutis milleſimo centeſimo decimo octavo Leodium multis plagis attritum eſt. Menſe Maio, quinto Idus ejuſdem dum in ſummo Collegio, horas veſpertinas Canonici pſallerent, de repente horriſonum tonitru atque terræmotus, omnes in terram proſtravit. Fulmen à leva in templum irruens, murorum cruſtas hac illac disjecit. Quod turrim ſubinde penetrans, ſolidiores turrium partes diffidit. Subſequutus eſt fœtor intolerabilis, quem nullo aromatum odore ſuffire ſatis potuerunt. Menſe Iunio tertio Idus, circiter nonam horam, nubes ſubito rupta eſt à monte Roberti, quæ ſubjectam Coloniam penitus oppreſſit, ut penè ædificia omnia civitatis, & immenſam annonam perderet, ad hæc, matrem duos infantes ahr'n-ſecus in brachia amplexantem enecavit, & octo homines ſuo turbine diverſis locis exanimavit. Sabbato hora poſtmeridiana, pulſantibus veſperis, quidam dum caput puero lavaret, manus fluido rubebant ſanguine: Kalendis Iulii hora ſexta inauditus omnibus ſæculis turbo ſe ab axe demiſit: tam undique caliginoſus, ut omnem

nem civitatem obſcuraret. Mox nubes ex abrupto ſciſſa ita tectum Baſilicæ D. Lamberti devicit, ut hymbribus pateret qui totum etiam pavimentum perfunderent. Inde ab Aquilone fulmen irrumpens, quēdam Clericum poſt altare S. Coſmæ & Damiani, in pluteo legentem, alterum vero ante crucifixum orantem, tertium de ſcriptorio egredientem, in ipſo aditu exſtinxit, & laicum præ foribus enecavit. Sexto Idus Iulii ab hora tertia ad nonam uſque, quatuor turbines, à quatuor cœli plagis urbem circumraptarunt, ventus inexhauſta vi intonuit, & in civitatem denſiſſimo hymbre corruit. Tertio nonas Augusti, primo noctis conticinio, dum circumquaque tonitru exaudiretur & fulgura micarent, amplius in civitatem turbo deſævit, ut incolæ è ſtratis exilientes, ecleſias triſti cœtu replerent, & tota nocte ſupplicationibus intenderent. Summæ Auroræ diluculo, à parte Orientis ſpheræ igneæ globis ingentibus civitatem circulaverunt, ut omnes divinitus concremari exiſtimaverint. Proinde turbo indomitus ab occidente irrumpens flammam omnem viſus eſt obturare. Sed iterum victor ignis cum flamma recaluit, qui tertio victus, tandem concidit. Hoc ſpectaculum à ſummo mane ad tertiam uſque univerſos conterruit. Claruit Comes Conon montis acuti, & hujus filius Lambertus qui monitis Petri Heremitæ ſpiritu

prophetico repleti, in ſuburbio Hoy Mo-naſterium dominici ſepulchri & Ioannis Baptiſtæ fundaverunt. Hellinus Abbas D. Virginis Leodii è terræ venis fontem o-pere fuſili eduxit, & Xenodochium D. Matthæi juxta ſummum Collegium ordi-navit. Qui aliquando conſiderans ſacer-dotem ad tumulum abſque ceremoniis ef-ferri, & civitatis politiam intercidere, in-ſtaurandam auctoritate Romani Pont. pu-tavit, & Romam profectus, immature o-biit. Sigibertus Monachus Semblacenſis in divinis literis inde à puero ſtudioſus, apprimeque eruditus, ac in ſtudiis ſecula-ribus in territorio Leodienſi, nulli ſua æ-tate ſecundus, carmine exercitatus & pro-ſa, conſcripſit utrimque plurima, Vitam S. Theodorici Epiſcopi, librum unum. Paſſionem S. Luciæ librum unum. Tranſ-lationem ejuſdem librum 1, vitam Sigi-berti regis, librum unum, vitam Abba-tum Semblacenſium librum unum. Vitam S. Maclonii librum unum, vitam S. Theo-dardi librum unum, Paſſionem Thebeo-rum, librum unum. Contra Papam Gre-gorium librum unum. Apologiam ad Im-peratorem, librum unum, contra Epiſto-lam Paſchalis Papæ librum unum. In Ec-cleſiaſticam Hiſtoriam carmine librum u-num. Hiſtoriam poſt Euſebium ad hæc uſque tempora, librum unum. De illuſtri-bus viris librum unum. de Computo Ec-cleſiaſtico, librum unum. Sermonum li-

brum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

brum unum, Epiſtolarum ad diverſos librum unum. Alia atque alia edidit, quibus nomen ſuum tranſmiſit ad poſteros.

Vigeſimus ſeptimus Antiſtes.

FÆdericus filius Comitis Namurcenſis, Propoſitus Collegii D. Lamberti, Antiſtes electus eſt, ſed partim vacillantibus, partim obſtinatis electoribus adverſarium habuit Alexandrum Archidiaconum, qui temerè inſignia Epiſcopi pedum & annulos uſurpans, perſonatum agebat Antiſtitem, donec Apoſtolico fulmine ad demittendum coërcitus eſt. Igitur anno ſalutis 1119. Menſe Octobri, Remis in Concilio Trecentorum & amplius Epiſcoporum à Calixto Pont. Max. poſt longam contentionem Fædericus benedictus eſt, cujus ibi partes egerat Gofridus Comes Namurcenſis, Goſuvinus dominus Valkenburgenſis, tum Abbates atque Canonici, tum etiam magiſtratus, Alexandri partes foverant Godefridus Comes Lovanienſis, Gisbertus Comes Duraſſi, Lambertus Comes montis acuti, & Renerus militiæ Leodinæ primocerius. Qui univerſi perſuaſerunt Alexandro, ut Imperatorem prece ac precio amicum ambiret, benevolentiamque captaret, quoiſque ſe in Antiſtitem confirmaret: At quoniam is à Pont. Max. anathemate ictus fuit, factum eſt, ut ob id pejus audiret, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

aliquos tantum ſuæ ſectæ profeſſores (quos Alexandrinos vocabant) inveniret, & ille alios rurſum (qui ſe æmula voce Fædericios appellabant) ut ingens incendium inde concitatum in repub. fuerit. Nam Collegia duo Alexandrum defenſabant, quod iis ex æquo præfuiſſet jam diu Propoſitum agens: rurſus Fædericus caſtella invaſit, ut inferior jam Alexander fieret. Quem Hoyum obſidens penè oppreſſit. Obiit anno adminiſtrationis ſecundo, tertio Kalendas Iulii. Floruit ſub Apoſtolico Calixto II. Imperante Henrico V. Cujus fere temporibus ordo præmonſtratenſis inſtitutus & confirmatus eſt. Vacavit ſedes Leodienſis annis duobus.

Vigeſimus Octavus Antiſtes.

ALbero filius Ducis Burgundiæ, frater Comitis Lovanienſis, Canonicus Metenſis, ac juris utriuſque profeſſor, electo rurſus Alexandro prævaluit anno ſalutis milleſimo centeſimo vigeſimo tertio. Qui pacem ſemper ſectatus, territorium omne florentiſſimum fecit: & impiam legem obliteravit (quæ manus mortua dicebatur) qua unuſquiſque vita defunctus pignore redimi debebat, puta aut equo, aut bove magis præſtanti, aut ſupellectili præcioſiori, res planè Chriſtiano principe indigna. Nocte Eccleſias & oratoria libenter viſebat: multa devotione Deum

exora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

exorabat, Monaſterium præmonſtratenſium in caſtello Corneliano ædificavit: & in Cæmiterio D. Dionyſii ædem ſive Aldegundis fabricavit, neque non ſacellum D. D. Clementis & Trudonis templum, juxta Collegium D. Petri, Euangelicæ autem lectionis & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſus, perpendens nefaſtum eſſe diem, qui occurrit VI. Kalendas Auguſti: Natalem Mariæ Magdalenæ tunc celebrandum inſtituit. Obiit anno ſalutis milleſimo centeſimo vigeſimo octavo, Kalendis Ianuarii, anno adminiſtrationis ſexto, ſepultus in Monaſterio nuper à ſe conſtructo, ſed adhuc infirmo, in vertice montis ſive Ægidii. Floruit ſub Apoſtolicis viris, Calixto II. & Honorio II. Imperantibus Henrico V. & Lothario III. Claruit Lozo presbyter: qui in monte, qui Caſter dicitur, juxta Trajectum ædiculam extruxit.

Vigeſimus nonus Antiſtes.

ALexander filius Comitis Iuliacenſis, Archidiaconus & Præpoſitus, duorum Collegiorum Leodienſium, precio ſemel atque iterum Pontificium ambiens, tandem voto potitus eſt anno ſalutis milleſimo centeſimo vigeſimo nono. Ante cujus electionem Idus Decembres Luna eclypſim paſſa eſt, & contracto orbe variis coloribus, potiſſime ſanguineo, penè integra

tegra hora, deſuper civitatem Leodienſem ſuffuſa eſt. Porro in auſpiciis adminiſtrationis, vererem amicum Comitem Duraſſi deſpiciens: prorſus deſtituere cogitavit. Nam juriſdictionem & gubernaculum oppidi Trudonenſis, quod Duraſſi Comites habere ſolebant ad ſe retrahens, Abbatis Monaſterii Trudonenſis & Metenſis Archiepiſcopi auctoritatibus fretus, à prophanis principibus reſcidit. Quamobrem Comes iratus, alias Eccleſiæ opes invaſit: & jacturam ſuam violentia reſarcivit. Igitur Antiſtes advocato Lotharingiæ Duce, & Comite Limburgenſi, copias adverſus Duraſſum produxit: & Gisbertus Duraſſi Comes, Comitem Lovanianum, & Flandrorum ad ſe epiſtolis atque muneribus pellexit: & ſtatuta utrimque belli dies eſt. Verum Brabantis properantibus, & ſequentibus Flandris, qui Duraſſo ſuppetias ferebant: irrumpentes Leodini, priores proſtraverunt, & alios paſſim metu perculſos, ſupra nongentos occiderunt, atque Brabantorum vexillum in campum detinuerunt. Flandris omnibus aut vulneratis, aut in paludem aquoſam juxta Leven demerſis. Interea, dum hæc fiebant Raynoldus Comes Barenſis, caſtrum Bullonenſe, cuſtodibus pecunia corruptis invaſit: qua in re tam fuit Alexander ignavus, quam fuit in hac victoria ſtrenuus. Cæterum rumore generalis concilii quod inſtabat, quaſi exanimatus, ut-

pote

pote de Symonja ſibi conſcius nihil magnifici amplius facere attentavit, niſi quod Hoijani ſuburbij monaſterium, ornamentis & gratijs illuſtravit. Cujus adminiſtrationis anno ſecundo, Innocentius ſecundus Romam egreſſus, ob adverſarij Petri de Leone potentiam, in Gallias profectus, & Gallicana Eccleſia collaborante, in ſummum Pontificem electus & admiſſus eſt. Qui ad medium quadrageſimæ Leodium adveniens, eximijs laudibus atque honore affectus eſt. Nam Leodinorum canonicorum tanta eſt ſpectata generoſitas: ut ſpectaculorum portentis & inęſtimabili equitatu Romanos etiam antecederent. Reſidebant tunc temporis, apud collegium Divi Lamberti

REGVM FILII, NOMINA.

ANcelmus filius Lotharij Imperatoris Archidiaconus Condroſij.

Philippus filius regis Francorum, Archidia. Hannoniæ.

Theobaldus filius regis Hungarię Archid. Arduennæ.

Ogerus filius regis Daciæ, Archidiaconus Favennæ.

Godefridus hujus frater germanus Archidia. Brabantiæ.

Guido filius regis Bohemiæ Archidia. Hasbaniæ.

Phi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Philippus filius regis Navarræ Archid'a. Campiniæ.
Guido hujus frater germanus.

Ducum filij viginti quatuor.

BErtrandus filius Ducis Bavariæ Abbas Thudinenſ.
Haymo hujus germanus frater Abbas Meſſienſis.
Gulielmus frater Ducis Saxoniæ Cantor
Conradus frater Ducis Suevíæ Præpoſitus Hoyenſis.
Guido frater Ducis Arduennæ Decanus & Theologiæ Profeſſor.
Doyelius frater Ducis Normanniæ, Abbas Driopolitanus.
Carolus frater Ducis Lotharingiæ Ædituus.
Guido hujus frater germanus Scholaſticus.
Franco frater Ducis Auſtriæ Præpoſitus Mechlinienſ.
Carolus frater Ducis Burgundiæ, Præpoſitus Divi Dionyſii.
Petrus hujus frater germanus, Præpoſitus Divi Petri.
Hugo horum frater germanus, Præpoſitus Divi Partholomæi, qui tres fuere legum doctores.

Lodo

Lodovicus frater Ducis Bituriæ, Abbas Amanienſis.
Bajetus hujus frater, Abbas Cellenſis.

Filij Comitum viginti novem.

GOdefridus frater Comitis Lovanienſis.
Segninus filius Comitis Monheulti.
Simon filius Comitis Hannonienſis, Abbas Cennacenſis.
Balduinus hujus germanus frater.
Raynardus filius Comitis Loſſenſ. præpoſitus Foſſienſis.
Guido filius Comitis Sabaudiæ Abbas Namurcenſis.
Adalbertus. f. Comitis Geldriæ, præpoſitus. S. Martini.
Notgherus. f. Comitis Flandrorum, præpoſitus Divi Ioan.
Petrus filius Comitis de Zeyn, præpoſitus Divi Pauli.
Ogerius hujus frater germanus, præpoſitus Divæ Crucis.
Rogetius filius Comitis Bianenſis in Arduenna.
Arnoldus. f. Comitis Claremontani, Abbas Dianenſis.
Henricus hujus frater germanus.
Vvalo. f. Comitis montis acuti Abbas Tungrenſis.
Falco hujus frater germanus Abbas Divæ Mariæ Trajectenſ.

Henricus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Henricus filius Comitis Lutzemburgenſis.

Ioannes filius Comitis Rupis fortis.

Arnoldus hujus germanus frater.

Erhardus horum germanus frater.

Ogerus filius Comitis Montenſis.

Ferritus hujus germanus frater.

Rolandus horum frater.

Lambertus filius Comitis à Treſte.

Paulus & Ioannes hujus fratres germani.

Petrus filius Comitis de Bolonia decretorum doctor.

Guido filius Comitis Provintiæ,

Henricus hujus germanus frater.

Filij Baronum ac Nobilium virorum ſeptem.

Boynus à Wahavia.

Sebaſtianus harſtallus decretorum doctor.

Radulphus à pratis.

Godefridus hujus germanus frater uterque Theol. Profeſſor.

Theodoricus filius Domini de Monakuye Doct. Theol.

Engerardus à flore legum Profeſſor.

Reynadus, à monte Falconis adoleſcens ſtudioſus. Plærique ſic natalium imaginibus inſtructi : ut nihilominu omnigenarum artium cognitione illuſtriores, & haberentur, & eſſent. Qui

bu

bus ſumma reverentia ſummum Pontificem excipere viſum eſt: & exceptum non tam munificentia, quam religione contrectare. Nam ipſa die Dominica quæ paſſionis dicitur, pompæ ſacræ inſtitutæ ſunt à Collegio Divi Martini, ad collegium uſque. S. Lamberti, quo Pont. Max. ſacrum perfecit, & debitis ceremonijs, Lotharium Alemanniæ regem, & hujus Conthoralem, reginam conſecravit. Quem à Leodijs demum recedentem, Comitati ſunt amplius 23 Epiſcopi præter Abbates & Canonicos innumerabiles, quorum præcipuus fuit Divus Bernardus Abbas Claraevallenſis. Quem Hoijum deducentes, ſummo honore proſequuti ſunt: & ad novum monaſterium nuncupandum autores fuerunt. Quod ille devotione ſingulari dedicans, divitiis ſpiritualibus ſtatim communivit. Verum in deceſſu Alexandrum accuſantibus nobilibus & Canonicis, vocatum in concilio Piſano, à Pontificio removit, quod hic tam amare tulit: ut octavo menſe deſerit. Obiit anno adminiſtrationis 8, pridie nonas Iulij, ſepultus Leodij in monaſterio Divi Egydij. Floruit ſub Apoſtolicis viris Honorio ſecundo, & Innocentio ſecundo, Imperante Lothario.

Trigeſimus Antiſtes.

ALbero hujus nominis ſecundus, filius Comitis Gelrorum, ex ſoror Comitis Namurcenſis electus eſt: & in Antiſtitem confirmatus in ipſa depoſitione Alexandri. Qui Bulionenſe caſtrum à Raynaldo doloſe occupatum juridice repetens, ter Romam profectu ad Pont. Max. deinde etiam Imperante Conrardo ſecundo, in tribus regiis conſiſtoriis cum Raynaldo expoſtulans, quum utrimque judices aures obturarent, neque juſte interpellantem exaudirent: ad arma cucurrit, & caſtrum equitum ac peditum numeroſa denſitate obſedit. Quod tametſi fortiter attentaſſet nihil tamen gloriæ partum eſt, donec theca Divi Martyris Lamberti admota eſt, qua ſtatim ſalus ſperari cæpit. Nam Hugone Adoleſcente, quem unigenitum Raynoldus habebat è feneſtella proſpectante, repente dementatus eſt, & exanimis corruit. Portis igitur extemplo reſeratis, pater à martyre ſoſpitatem deprecabatur filio, & multa veneratione Antiſtitem amplexus, interceſſorem optabat ſponteque caſtellum reddidit. Hujus ergo miraculi occaſione tranſlatio Lamberti inſtituta eſt: quam reduces Antiſtes ſuis perpetuo celebrare præcepit. Sub hoc & Chriſtiparæ virginis memo-

memoria, in Eccleſijs territorij Leodienſis dilatata eſt: quam primo in a de undecim mi ium virginum, poſtea in omnibus Collegiis & Monaſteriis fieri ordinavit. Qui ad bella demum & auram propenſior effectus male erga gregem ſuum affici cæpit. Vnde clerus in horrenda vitia prolapſus eſt. Nubebant paſſim ſacerdotes, beneficia precio comparabantur. Paſtores bis quotidie celebrabant, neque ulla ordinum ratio habebatur. Propterea Antiſtes accuſatus, dum mente conſternatus, Romam adire cogeretur, menſe ſecundo perijt. Obiit anno adminiſtrationis 15, ſexto Calendas Aprilis. Floruit ſub Apoſtolicis viris Innocentio ſecundo, Celeſtino ſecundo, Lucio ſecundo, & Eugenio tertio. Imperantibus Lothario & Conrardo. Ea tempeſtate Xenodochion fratrum Cocinorum Leodij, & Monaſterium Floreffianum abſolutum eſt, & Abbas Monaſterij S. Ægidij inveſtura divi Dionyſij donatus eſt, quoniam præ inopia, ornamento holoſerico careret, quo amictus inſtar aliorum Abbatum, in Pompis ſacris uteretur.

Trigeſimus primus Antiſtes.

HEnricus ſecundus, filius Comitis Limburgenſis, & Archidiaconus Leodienſ. Canonice electus eſt anno ſa-

lutis milleſimo centeſimo quinquage-
ſimo. Qui Divum Bernardum Abbatem
auxiliatorem ſibi adhibuit, & adverſus
corruptos mores multa docentem audi-
vit. Porro vulgo mediocriter jam jam-
que inſtituto, & clero reformato, plu-
rima emolumenta Eccleſiæ attulit, &
caſtella redemit, ædificavit, inſtaura-
vit, quale eſt caſtrum Scans, caſtrum
Belmont, caſtrum Aſtevoie, caſtrum
Duraſſum, caſtrum Vffen, caſtrum Bor-
ne, caſtrum Hunclange, caſtrum Vierne,
caſtrum Orcimont, quæ omnia Impe-
ratoriis & Pontificiis munimentis poſ-
ſedit. Pacem incontaminatam ſemper
habuit, præterquam cum Henrico Co-
mite Namurcenſe qui in immeritos de-
ſæviens, pagos ſuccendit, & in Arduen-
nam adverſus Antiſtitem caſtra metatu
eſt. Sed Comitem opprimens, totum
illius exercitum fudit, ut vix Come
etiam evaſerit. Vnum intolerabile eve-
nit. ſanctimoniales inſectatæ à militi
bus, magno periculo vitam defenſarunt
monaſterium concrematum, & cell
ſpoliatę fuerunt. Deinde in Italiam con
tendens Frederico Imperatori Come
effectus, trium Magorum inventis cor
poribus Leodium transferre cogitavi
Sed huic voto obſtitere fata. Obiit P
phiæ anno administrationis decimo n
no. Pridie nonas octobres, ſepultus i
collegio Divi Lamberti. Floruit ſu
Ap

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Apoſtolicis viris Eugenio tertio, Anaſtaſio quarto, Hadriano quarto, Victore quarto, Paſchali tertio. Imperantibus Conrado & Frederico I, qui Henricum exiſtimavit ad ſummum provehere Pontificium, quod ei nolenti volenti obtrudebat, licet recuſare maluerit. Claruit Gerardus à Belzees & hujus germanus Antonius Viri equeſtres, qui præfecturam Divi Nicolai in Glano inſtituerunt.

Trigeſimus ſecundus Antiſtes.

ALexander ſecundus, Comitis Bulloniæ filius, ex filia regis Navarræ, diplomate Paſchaſii Pont. Max. & Cardinalium aſtipulatione, in Aquiſgrano Antiſtes creatus eſt anno ſalutis 1168, quarto Kalendas Ianuarii dum Imperatore aſſiſtente Carolus Magnus, ob prælia pro Romana Eccleſia habita, incredibili populorum lætitia ſublimatus, & divorum catalogo aſſcriptus eſſet. Vnde Fredericus Antiſtites aſſumens, & in Italica expeditione Comitē deſiderans, peſte interiit. Obiit anno adminiſtrationis 3, quinto Idus Auguſti, cujus corpus Leodii relatum, in Collegio Divi Lamberti ſepultum eſt. Floruit ſub Apoſtolicis viris Paſchali tertio, & Calixto tertio, Imperante Frederico Primo.

Trigeſimus tertius Antiſtes.

RAdulphus filius Ducis Lotharingiæ,
ex filia Comitis Namurcenſis,
prius Archiepiſcopus Moguntinus, ſed
ob ſymoniam repudiatus, eodem vitio
in functione Leodienſi laboravit. Sa-
cerdotia enim & altaria publicitus foro
exhibuit, indeque correctorem nemi-
nem ferens, Lambertum quendam ſpi-
ritu prophetico futura prædicentem
in turrim præcipitavit. Cujus viri vati-
cinium effectus plane comprobavit,
dum Baſilica & Collegium Divi Lam-
berti, & templum undecim milium
virginum, denique Collegium Divi
Petri cum officinis igne concrema-
tum eſt. Campanarum & æneorum
vaſorum metalla, inſtar aquarum æ-
ſtate reſtagnantium in canalibus li-
queſcebant, & lapides hac illac diſſi-
lientes, neminem appropinquare per-
mittebant. Carcer quo Lambertus vin-
ctus fuerat conflagratus eſt, unde exi-
liens acta Apoſtolorum quæ captivus
in Gallicam linguam tranſtulerat, Ro-
mam ſecum aſportavit. Qui Pontifici
injuriam queſtus inſtitutũ Beginarum
quarum ſe Patriarcham ſcribebat, auto
ritate & literis confirmari meruit, &
regreſſus D. Chriſtoph. templũ Leodi
Beginarum habitationẽ fecit. Sequutu
eſt & alter Alban. Epiſ. qui cõtra ſymo
niam efficaciſſime concionatus, pluri-
mo

mos canonicorũ, qui ſacerdotia coëmerant ita convertit, ut quæ male comparaverant, rurſus Eccleſiæ conferenda beneque diſponenda committerent. Quem fidelis ille miniſteriorum Dei diſpenſator idoneis paſſim impartivit, & nihil omnino ſibi reſervans, paterno erga dignos affectu ferebatur. Antiſtitem quoque inter cæteros ad pœnitentiam agendam commonuit. Qui Comitem Loſſenſem ſubito hoſtem effectum, primum æquanimiter tolerans, deinde Tungrim oppugnantem & ſuccedentem reppulit, & caſtra invaſit, animumque infractum portendit: Poſt quæ cruce ſignatus, adverſus infideles, dum ab Antiochia reditum maturaret, gliſcente veneno periit. Obiit anno ſalutis milleſimo centeſimo, 91. Floruit ſub Apoſtolicis viris Innocentio III. Lucio IV. Vrbano III. Gregorio VIII. & Clemente III. Imperante Fræderico. Claruit dominus Euerlimus Abbas Monaſterii Divi Laurentii, qui ſacellum in honorem Divi Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi recenter occiſi ædificavit, & Beata Iutta apud ſeceſſum Leproſorii oppetiit.

Trigeſimus quartus Antiſtes.

ALbertus filius Ducis Brabantiæ, ex ſorore Ducis Arduennæ Doctor & Archidiaconus & Collegii D. Lamberti Præpoſitus Epiſcopus conſecratus eſt.

Quod factum comprimis male habuit Comitem Hannoniæ, qui Albertum conſobrinum ſuum penitus illiteratum, eligi maluiſſet. Ex quo aliud malum evenit. Imperator enim Frædericus, tertium quendam, Lotharium fratrem Comitis de Horſca ſuperinduxit, Proinde duobus ſecum in gratiam redeuntibus, Albertus Brabantus, Romam profectus à Cæleſtino Pont. Max. confirmatus eſt. Qui ſtatim regreſſus diploma Collegio prælegit, & à Colonienſi Archiepiſcopo conſecrari deſiderans, ſed illo Imperatoris ſævitiam formidante, à Remenſi benedictus eſt. Sed à tribus Equeſtribus in hoc à Fræderico deſtinatis adortus, dum unum Abbatem & Equitem haberet: quos aliquoties convivas advocaverat, invaſores ſenſit. Occiſus eſt Remis, & miraculis claruiſſe perhibetur, ſepultus in baſilica majori. Floruit ſub Apoſtolico Cæleſtino III. Imperante Henrico filio Fræderici, qui aliquando reſipiſcens apud Leodium, duas aras munifice dotavit, quæ ſunt D. Lamberti & Remacli.

Trigeſimus quintus Antiſtes.

ALbertus II. filius Comitis Vloſſeni ex filia domini Henrici à Cuycis, adverſus Simonem Arduennæ Ducis filium itidem electum prævaluit. Lite enim in urbem provocata, iſte galero inſignitus eſt. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

eſt, & Cardinalis appellatus : ille Antiſtes conſecratus. Quo Leodium revertente, quum ſterilitas & inedia in patria incrudeſceret, indicto jejunio, tres ſacras pompas ordinavit poſt natalem Ioannis Baptiſtæ obſervandas. Qui dum electionem Abbatis Semblacenſis, ſede Leodina vacante, ab Archiepiſcopo Colonienſi comprobatam abſque pecunia admittere nollet Monachi clam illo, contulerunt, & Abbatem ſuum inſtitui curarunt. Sed Abbas poſtea ab Antiſtite invitatus, cauſam intelligens, propterea literis conſcientiam apud Cæleſtinum tertium teſtificatus, hinc capitulum in decretalibus adhiberi laboravit, quod Antiſtitem Leodinum, de ſymonia coargueret, ut videre eſt Extra de Symo. cap. *Sicut tuis literis.* Contra Duciſſam Brabantię bello inſtructo, à Metenſi Archiepiſcopo monitus, exercitum dimiſit : & pacem iniit. Seditionem civium Leodienſium, adverſus Canonicos aliquantiſper fovit, & audaciam prophanorum ſæpe diſſimulans, minime Clericorum partibus favere notabatur. Plebei etenim civitatem muro veſtientes, Eccleſiaſticorum ingenuitatem primum aſpernati. Deinde Canonicos, aut cooperarios, aut ſolvendo æquales depoſcebant. E diverſo illi à civitate ſe ſubducentes, in cives Apoſtolicum fulmen immittebant & honoratiores mercatores è Francia redeuntes mercibus ſpoliabant. Vnde rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

pacatis Antiſtes cives jurejurando conſtrinxit, & immunitatem Clericorum intemeratam conſervavit. Obiit anno ſalutis 1199. anno adminiſtrationis IV. ſepultus in Collegio D. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Cæleſtino III. & Innocentio IV. Imperantibus Henrico filio Frederici & tempore SchiſmatisPhilippo & Ottone. Quo tempore carbones (qui lingua Leodienſi Hullæ vocantur) pauperculo fabro effodiendi monſtrati ſunt in locis ſubterraneis, qui hucuſque è venis quaſi concreti dependent, & opera carbonariorum reſcinduntur, quorum calor odorem ſulphureum commixtum habet, & in cineres impurgatiſſimos paulatim ſe dimittit.

Trigeſimus ſextus Antiſtes.

HVgo de Petraponte nobilis, Doctus, prudens & magnanimus, Collegii ſummi Præpoſitus, ab Ottone rege commendatus, & à Guidone Cardinale Pont. ſummi legato confirmatus eſt anno ſalutis milleſimo ducenteſimo. Qui heroica virtute præditus, appellationem, cui Romę reſpondere cogebatur, ſua oratione & munere deſtruxit, & Monaſterium Vallis D. Lamberti, cooperante ſibi Comite Clarimontano à fundamentis ædificavit, annuiſque cenſibus dotavit. Quos ab Hoyanis importune exigens, magiſtratus hac

parte rebellare expertus eſt. Vnde belli machinas à Namurco advehi juſſit, quas illi ſuccenſis navibus in forum protraxerunt. Quæ res cum male haberet tantum principem, illico minacia ſigna portendens & alia inſtrumenta multo crudeliora comparans, ſic Hoyanos deterruit, ut ſponte ſua nudis pedibus Leodium properarent, ubi oratione longa temeritatem confeſſi, tandem ad inſtaurandum omnia adjudicati ſunt. Sed quum diſſidium inter Ducem Brabantiæ & Comitem Loſſenſem de Colonia Trudonenſi, ortum fuiſſet, & utrimque de trecenſu (quem vocant) anceps ventilaretur quæſtio, Metenſis Archiepiſcopi conſilium inſequutus Antiſtes, armis à Brabanto injuſtam vendicationem repoſcebat. Quo propugnatore Comes plurima moliri auſus, exercitum inſtruxit, & Comitatum in feudum omnemque juriſdictionem Antiſtiti ſubmiſit. Quare Brabantus Landis, totos octo dies magna potētia remoratus, nihil æque deſiderabat, quam bellum committere cum iis, qui Varennam jam ante natalem Ioannis Baptiſtæ oppetierant. Quod Philippus cognomento nobilis Comes Namurcenſis, ſingulari prudentia impediens rem citra ſanguinem compoſuit. Interea Antiſtes Ducis ingenium probe decernens, nonnihil Leodinis male eventurum ſuſpicabatur, & cleri totius atque Magiſtratuum, nobiliumque conſilio, ab iis qui

Leodium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Leodium ingrediebantur, tributum exigendum ordinabat, quo aucupio, Muri, portæ, Gaganæ uſque ad montem Walburgi perfecti ſunt. Deinde etiam ſylvam elegantiſſimam vendidit, cujus pretii magna pars Antiſtiti ceſſit, pars ædificiis Eccleſiæ, pars mœniorum opificio: Poſt Guido Abbas Ciſtercienſis Pont. Max. legatus, Leodium adveniens, ab Antiſtite humaniter acceptus eſt. Cujus ibi ſollicitudine Xenodochion D. Matthæo nuncupavit: & quotannis in converſione Apoſtoli Pauli inviſendum multis gratiis populo commendavit. In ſacerdotum atque Canonicorum luxuriam multa fortiter aſſeruit: & vocatis collegiorum propoſitis, aliquot cautiones auctoritate Pont. Max. promulgavit. Ne canonici horis diurnis, pariter nocturnis à templo abeſſent, qui & communi refectorio atque dormitorio ſe continerent. Ne mulierum ſtrepitu impediti, minus ſuo inſtituto ſatisfacerent, Canonici tantum accolyti in tractatu collegiorum nullius auctoritatis haberentur: donec ſacris iniciarentur. Perinde Archidiaconi, niſi Diaconi eſſent, ſtipe & honore atque auctoritate carerent. Ambientes plura ſacerdotia deſpicabiles Collegiis fierent: & comatuli comamque calamiſtro rotantes, non prius Eccleſiaſtica immunitate gauderent, quam coronam in capite deferrent. Quæ Frædericus Imperator æmulatus, in Namurcenſi collegio ſancto-

ſanctorum Petri, & Albani, quod ipſe dotaverat, obſervari præcepit, & nonnulla alia adjiciens, hoc modo vitiis Eccleſiaſticorum proſpexit. Interea Henricus Brabantiæ Dux vicinas terras invadere præſumens, in opulentiam Antiſtitis Leodini intabeſcens, oportunitatem quærebat affligendi omne territorium. Nam Balduino Flandriæ atque Hannoniæ Comite, magnatum equitatu & militum copiis inſtructiſſime in expeditionem Conſtantinopolitanam profecto, quum in Imperatorem electus fuiſſet, Henricus hæreditatem illius ad ſe attinere ratus, vicinas provincias populatus eſt. Qui in Hollandiam irrumpens, mox in Gelriam incurſans, Comitem Gelrorum depoſito ſacramento, ſibi fidelem fecit. Quem non multo poſt iterum apprehendi jubens, non ante dimiſit: quam trium milium Marcharum Colonienſium ſummam, filio dato obſide, promitteret. Verum is ex condicto precium ſe poſſe conſequi deſperans: Antiſtitem Leodinum rogavit, & nova pactione pecuniam extorſit. Nam convocatis principibus, Duce Limburgenſi, & Philippo Comite Namurcenſi, ſe ſuumque principatum Antiſtiti commendavit, & abſolute dominium ei Trajecto uſque in Ruremundam, tantiſper ſummiſit donec nummos exacte rependeret. In hunc modum filius obſes datus liberatus eſt: & moleſtiæ jugeſque incurſiones devitatæ.

Tametſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Tametſi aliunde malum aliud provenit quod Ducem irritaret. Patruus enim illius Comes de Muha & hujus conjunx, dum liberis carerent, regiam ſuam & ditionem cæremoniis adhibitis, puta ramuſculo florenti ceſpitibus ſuperpoſito, Divo Lamberto in feudum ultro obtulerunt, & ſpecialiter expreſſis datiſque conditionibus, etiam ſuperveniente hærede, ſe ac poſteros ad quartam generationem alienaverunt. Quod comprimis impium exiſtimavit Henricus: & iiſdem defunctis caſtrum primarium ſtatim cuſtodibus illic immiſſis uſurpavit. Quapropter Antiſtes Imperatoriam ſententiam requirens, quum Dux inferior in cauſſa eſſet: minas in clerum & virulentiam efflavit. Cujus impetum Leodini formidantes, ne eos inſperate poſſet opprimere, Pontem & aggerem Trajecto finitimum, ſolo æquaverunt. Nam illum audierunt Ottonem regem adjiſſe, qui jam fulmine Pontificio ictus, in ſtatum Eccleſiaſticum lætali animo velitabatur. Quo impulſore Leodium ab Antiſtite eximere ſperavit, & diu dolos meditatus, ab Hugone ingentem pecuniæ ſummam argumento nullo habito popoſcit. Porro pecuniam dare, quam expectare reipublicæ diſcrimen malebat, & jusjurandum litteraſque Ducis de pace flagitans, multum Duci tribuere notatus eſt. Ex quo formidoloſum eum æſtimantes, grandia moliri adverſus Leodinos incepe-

runt. Acceſſit enim Comes Gelriæ, qui ob grande debitum Antiſtiti male volebat: & Duci per ſe ſatis inſano, ceu oleum fornaci adhibens animum addidit, obſidendi Leodium. Igitur in dominica Aſcenſionis Antiſtitem imprudentem & horum minime conſcium opprimere cogitantes: quum ſe occaſione (neſcio qua) pridie in Arcem Hoyanam recepiſſet, civitatem occupaverunt, Collegia ſpoliaverunt, domicilia vaſtaverunt, ut parum abfuerit, quin tota civitas à Gelro exureretur, niſi forte fortuna Caſtellanus Bruxellenſis, illic habens filium canonicum, ſuccurriſſet. Porro Dux in palatium convocatis civibus per oratores ſategit, ut pontifice abnegato, ſe Imperatorios jurejurando vociferarentur. Deinde domum civicam (quam hallam vocabant) quâ Antiſtitum inſignia & decreta atque privilegia conſervabantur: incredibili crudelitate manu propria igniculum ſupponens, incendit, & in cineres redegit. Tanta enim ovantium proſpecta levitas eſt, ut cruces, divorumque reliquias, pede conculcarent & Cantilena in hoc compoſita, eſſe ſe flores, Leodinos vero ſpineta jactare.

Inter hæc Antiſtes mente nimium conſternatus, Hoy in Ducem, ſententiam Eccleſiaſticam protulit, & Deum, Divumque Lambertum ſublimi voce ultores invocans, infidelitatem Ducis

& Comi.

& Comitis criminabatur. Abbates proinde Brabantiæ Duci ſuo conniventes, invalidam excommunicationem judicaverunt, ſed Innocentius quartus cives à jurejurando abſolvens & multa execratione impietatem deteſtatus, ſententiam approbavit, & Brabantiam quoque anathemate percuſſit. Interea Antiſtes potentiſſimorum principum implorato auxilio, Ferandum Comitem Flandrorum, Philippum Comitem Namurcenſem, Luſonem Comitem Loſſenſem, & Henricum Ducem Arduennæ ad ſe vocavit, & tribus milibus equitum, peditumque examinibus inſtructis, Brabantiam invadere propoſuit, Cæterum Dux legatos illic deſtinans, in gratiam ſe recipi optavit : & à Ferando patrocinium ſuppliciter expetens, ejus definitione quicquid tandem ſolvendum diceret, ſtare ſe, & ſolvere ſpoſpondit. Sed Antiſtes nihilo ſegnius properavit, qui Ducem infidelem expertus, conditiones omnes, quas proponebat, ſemel atque iterum reſpuit: & legationem quaſi indignam, refutavit. Cumque vix aliqua via retineri poſſet, dum militiæ ſignum dediſſet, miraculo quodam, tantum arenoſi pulveris equorum ſtrepitu concitatum eſt ut invicem ſe acies decernere non poſſent. Propterea Ferandus iternm voluntate Ducis proponens & ſigillum

litteris

litteris affixum oſtendens, Hannoniæque comitatum poſſidendum offerens, donec damnum & jacturam ſolveret, vix demum Antiſtitem placavit, neque placaſſet, niſi alio vocatus fuiſſet. Nam Comes Barenſis ultra Moſam, omnia tyrannice invadebat, & turrim de Oſſen demoliebatur, unde illic exercitum properare, & Comiti occurrere mandavit, & pactionem ſuo tempore à Duce requirere cogitavit. Quamdum infirmam inſtabilemque eſſe comperiſſet, injuriam poſt annum Ferando conqueſtus eſt. Qui Duci Brabanto conditionem literis renovavit, ſed ille ludens verius quam ex animo ſe nullius pecuniæ conſcium dicebat. Quod gravate admodum ferebat, & diu biles ſtomachatus, Antiſtiti & comiti Loſſenſi inſinuavit, ſe hac illac in Brabantiam incurſurum, modo ad invadendum ex adverſo ipſi quoque accingerentur. Ea tempeſtate Decanus Tenenſis Duci à conſiliis, in ludibrium Epiſcopi, ludicrum exercebat, mitra enim & ornamentis Pontificalibus amictus incedebat: & Archidiaconos, atque officiales, ſcribaſque ordinabat, uſque adeo, ut plebecula (ut eſt mire ad ſtultitiam acclivis) dicterijs garriret, atque ſannis effluerêt, Epiſcopi autoritatem execrando obedientiam ei dando, & ordine Eccleſiaſtico abutendo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

abutendo. Mulierculæ dijs gratias agebant, aniculæ & iuvenes gratulabantur, pueri acclamabant, puellæ geſticulabantur, denique celebri cantitantium triumphum univerſi triumphali cantilena recitabant, quo ab unius Presbyteri jugo ſua colla excuſſiſſent. At vero dum tam inepte deſiperent, ſubito morbo & amentia divinitus percuſſus eſt Decanus, & linguam in os minutatim commoliens, cum complicibus ſuis multa miſeria afflictus, interiit. Inde Dux exanimatus, ſibi periculum imminere, præſagivit: & Philippum Francorum regem ſocerum ſuum invocans, adverſus Ferandum in Hannoniam deſcendere rogavit. Qui miſſis præliatoribus, & utriuſque armaturæ exercitibus, caſtrum Hannonienſe validiſſimum expugnavit. Qua occaſione Comitem Flandrorum revocare ab incurſu Brabantiæ putavit: Quibus auditis dux confidens, Leodium ſecundo obſidere aggreſſus, & in Voleniam appropinans, multo crudelius quam ante, univerſa demoliri inſtituit. Qui Haſbaniam populatus, Pagos atque Colonias concremavit. Tungrim expugnavit, & ultricibus flammis penitus delevit, ut fumus in Leodio denſiſſimus appareret. & ingentem civibus horrorē incuteret Veſpere autem Leodium occupare diſponens, ab introitu, quem

tenta-

tentaverat, coërcitus eſt & poſtridie turpiter in fugam adactus. Nam Ducem in Strendremalia accumbentem Antiſtes fere oppreſſit, & magnam partem exercitus fudit. Quo ſucceſſu valentior factus, ſumma prudentia Foſſienſes & Dyonenſes, quod cum Hoyanis in Hoyum convenire juſſerat, ſe invicem per abrupta montium in Montigeris operire, hortatus eſt. Sciebat enim Brabantos impendio laſſos non poſſe longius aufugere quam forte in Stippes, (qui Oppido Hugardiæ, pagus eſt finitimus.) Sic in eum modum caſtris ordinatis, duo milia paſſuum contendebant, quo ex condicto Loſſenſis Comes & Arduennæ Dux convenirent. Igitur die Dominico, ad quartum Kalendas Maias, caſtrametati ſunt. Brabantis quidem prodigiosè ſe invicem bellico more animantibus. Leodinis interea ſuo Antiſtiti auſcultantibus. Qui eos de ſe nihil confidere, ſed de Deo præſumere, atque de Divo Lamberto martyre (cujus res ibi agebatur) auxilium ſperare docebat: & ipſe prius genicularis, omnes attente ſe inflectere ac peccata confiteri admonebat. Quam pietatem dum adverſarii calumniarentur, & quaſi ruſtica illa Leodinorum congeries ſeſe dederet, inſipientiſſime interpretarentur, ecce ilico, pulcherrimus militiæ Imperator, baltheo & clypeo accinctus, mirabili decore & gloria relucens, eis adſtare, & ſubinde præ-

cedere, atque Ducem, qui in monte conſederat, impetere viſus eſt. Creditum eſt hunc fuiſſe D. martyrem Lambertum, quem & in ſomno pręcipuis viris antea apparuiſſe in Leodio, & civibus de hoſte victoriam prædixiſſe affirmant. Effulgebat tunc ſol aureus, & in clipeos reſplendens officiebat Leodinis, uſque adeo ut niſi hac parte ſuccurriſſet divinum obſtaculum, res magno eorum periculo ſtetiſſet. Dux ſiquidem habenis laxatis evolabat, & equitibus inſtructioribus imperabat, quoquo modo valerent, Comitem Loſſenſem interficerent. Quem prima coitione impetentes proſtraverunt, & eminus ab ephippio ejectum, penè enecaverunt. Sicque aliquandiu reſupinum iterum atque iterum frater ejus qui coëquitabat in equum repoſuit, unde quum tertio corruiſſet, ruſticus quidam hunc eſſe Brabantum conjecturans, fere ſecuri cervicem præſcidit. Profecto Arduennæ Dux patruus Ducis Brabantiæ, talibus auſpiciis deterritus, quum perpenderet Leodinos paulatim vincere, & decreſcere Brabantos, magna voce plurima cauſatus, exercitum avocare conatus eſt, quaſi Comitem Loſſenſem ſuccubuiſſe conſtaſſet, & in diſcrimen reipub. vergeret, ſi amplius fugientes inſequerentur.. Quod utrunque Comes ipſe refellens, ſalvum ſe eſſe exclamavit, & juratiſſimum patriæ anteſignanum, ut ex hujuſmodi verbo Leodini

tantum

tantum virium reaſſumerent, quantum oppoſito negotio, animi perdiderant. Vnde in medium agmen agglomerati, ſupra tria milia confecerunt, & quinque milia captivaverunt, ut evidenter conſtaret, quemadmodum olim uſu venit Iezabeli, quę prophanis uſibus, ſanguine etiam effuſo hæreditatem ſanctorum vendicavit, ita perpetuo illos affligere Dominum, qui ſua temeritate, Dei Sanctuarium devaſtant. Cujus victoriæ primus nunciator hora nona in Leodio comparuit, Monachus ex iis quos Laici Ciſtercienſes vocant Antiſtes re dux turrim Hannuti deſtruxit, villulas paſſim conflagravit, & opidum Lewen expugnavit. Ferandus vero Gallis apud Pieton exuperatis, in Brabantiam victor deſcendit, & pactionem rurſus validam fieri voluit, quam dudum inierat Dux cum Antiſtite. Datis igitur obſidibus filio ſuo primogenito, & pleriſque magnatibus, Dux tandem Leodium profectus eſt, & cum Antiſtite in gratiam rediit. Circa hoc tempus anno ſalutis milleſimo ducenteſimo ſexto decimo in Trajecto, Eccleſia dominorum de Iuncis, qui ſe fidei milites appellant, conſecrata eſt, & in incredibiles divitias quibus Turcæ occurrerent, brevi excrevit. Quo anno Innocentius I V. Pont. Max. concilio convocato, quadringentorum & duodecim Epiſcoporum, & quinque Legatorum regalium, quatuor ordines confirma-

 vit,

vit, quorum Primi prædicatores & Minores eſſent, qui non modo ſibi, ſed & aliis noſſent præeſſe, & poſteriores ſolitudinem ſectantes contemplationi vacarent, qui ſunt, ordo Trinitatis, & Scholarium. Cumque huic Antiſtes Leodinus intereſſet, & tribus ſuccifive diebus tres ſynodi celebrarentur: inter coepiſcopos, Hugo præſtantiſſimus aſſidebat, prima die purpura amictus tyria qua ſignificabat ſe principem invictiſſimum, altera die, Holoſericum penſile ad talos geſtabat, quod prudentem virum decebat, tertia die Pontificali infula inſtructus, numerum pluſquam centum milium ſibi ſubjectorum arrogabat. Cui Innocentius lacrymam Chriſti Servatoris in ſudarium contulit, quam individuo ſuo Comiti, adminiſtratori Monaſterii D. Laurentii Ottoni, pariter cum junctura D. Pauli Apoſtoli ſervandam reliquit. Tunc dies triumphi D. Lamberti inter faſtos connumeratus eſt, & hilari peractus ſacrificio, qualiter in hunc uſque diem præſervare videmus. Præterea anno ſalutis milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, tanta ſiccitas tota æſtate invaluit, ut exanimes plantæ in terram areſcerent, & campis primo flaveſcentibus, quum ariſtæ ſua Cerere luxuriarentur, ſubito in feſto Chriſtophori turbo exortus ſic agricolarum ſpem concuſſit, ut fame ſe morituros putarent, quod non tam abfuit, ut apud Leodium etiam vix ullo precio fru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

frumentum comparari poſſet. Acceſſit quod apud Sicambros lupi præ fame paſſim infantes è cunabulis, & homines è domiciliis auferrent, quos nulla induſtria, aut machina coërcere potuerunt. Ignis inſperatus Aquiſgranum fere abſorbuit, & ſupra quadraginta homines abſumpſit. Sequenti anno peregrinus quidam Heremita, Balduino Flandriæ Comiti ſimillimus cum plurimi de facie conjecturam facerent, Imperatorem falſe Conſtantinopolitanum ementitus, ſe Balduinum eſſe confinxit, & Comitatum à magiſtratibus atque plebeis Flandrorum quaſi à ſe derelictum repetens, totos duos menſes omnem circa regionem devaſtavit. Qui à Francorum rege Ludovico accitus, Hugoni Leodinorum Antiſtiti ad perpendiculum examinandus traditus eſt, quem de adminiſtratione prima interrogans, quum nihil reſponderet aliquandiu cunctatus in Coloniam Agrippinam teſtem Archiepiſcopum ſe producturum pollicebatur. Quo iter arripiens, in via doloſe ſe ſubducens, in Burgundiam occulit, ſed facile agnitus, Rulæ in Flandria, in furcam ſublimis appenſus eſt, & mendacii dedit pænas. Interea menſe Iulio in Nivellam tyranni aliquot è Francia regreſſi inprimis Otto rex, Dux Brabantiæ, Dux Arduennæ, Comes Flandriæ, & Comes Boloniæ in Clerum conjuraverunt, & ſeditioſe ſtragem meditati, temere territoria inter ſe reſecuerunt, Ot-

boni civitas Leodina Hoyum Duci Brabantiæ atque caſtrum Muha. Dionantum Duci Boloniæ & ſingulis quibuſque, ſingulæ regiæ aſſignabantur, quod rex Francorum ſubodoratus dum Moſam tranſiviſſet juxta Boviniam, aciem inſtituit, & ope D. Lamberti martyris implorata vicit, & Ottonem in fugam compulit, ſex Comites detinuit. Cui prælio quum non adfuiſſet Dux Brabantus, ſimultate regem pacare ſtuduit, & literis in hoc ordinatis gratulari ſe plurimum conteſtabatur. Sed prudentiſſimo Antiſtiti magis credens, quam inconſtanti Tyranno reſpondere non diſtulit, & viciſſim lænocinio literario illum illudere. Igitur chartam complicatam, ſed omnino intactam, Sigillo ſuo muniens, & ſolo titulo ſuperpoſito veſtiens, alteras quaſdam exiles adjecit, ſub hac ſerie. Parum abeſt hic inanis apparatus, à candore tuo hominum infidiſſime, ut enim plane ſunt, & ſententiarum expertes literæ, ita ab omni fide atque juſtitia prorſus alieniſſimus es. Ad hæc tempora Hugo in Archiepiſcopum Remenſem electus eſt, ſed martyri Lamberto multipliciter obnoxius, habito in Hoyo magnatum conſiſtorio, nullius gentis niſi Leodinorum gubernaculum acceptare voluit. Adminiſtrationem vero opidi, & Monaſterii Trudonenſis ſub ſe irrevocabiliter recepit, & precio atque permutatione Abbatiæ de Vachor & Haſtirio in Diocœſi

Metenſi

Metenſi conſtitute poſſedit. Qui & in arce Hoyana ægrotans, teſtamentum quo egenis provideretur condidit, & mortem obiit anno ſalutis milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono, pridie Idus Aprilis, anno adminiſtrationis vigeſimo nono, ſepultus in Collegio D. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Innocentio I V. Honorio I I I. & Gregorio I X. Imperantibus Otone I V. & Fræderico I I. Regnantibus Alemannis, Philippo & Henrico filio Fræderici. Sub quo Monaſteria aliquot extructa ſunt Monaſterium ordinis Ciſtercienſis quod dicitur vallis Dei, & Monaſterium hoc tantum Trajecto finitimum. Aſſumptis virginibus è Monaſterio S. Salvatoris, montis Aquenſis.

Trigeſimus ſeptimus Antiſtes.

IOannes Oppia regum Francorum origine clarus ſummi Collegii Præpoſitus, ſexta hebdomada avunculo ſuo Hugoni ſuffectus eſt. Qui proxima ordinatione conſecratus, in Monaſterio Vallis D. Lamberti primitias peregit: & Villam (quæ *Sittert* dicitur) duabus milibus marcharum comparans Valeriano Comiti in feudum ſuppoſuit. Qui neſcio qua occaſione conditiones infringens, Villam Tectis combuſſit, & Antiſtitem erga ſe provocans, ad montem Iovis ſeceſſit. Deinde fortius irrumpens opes Eccleſiæ diripere,

& caſtrum cui nomen eſt Smaragdo uſur-
pare auſus, Antiſtitem ſe inſequi maxime
Flandrorum copiis coëgit. Quibus ad Mo-
ſam convenientibus dum medius equita-
ret, ſubito dolore correptus, & inſciis
præliatoribus extra aciem in Hoyum ad-
vectus. Obiit anno adminiſtrationis octa-
vo, menſe ſeptimo, ſepultus in Monaſte-
rium Vallis D. Lamberti. Cujus mors im-
matura male ceſſit Leodinis, ut etiam ex-
ercitum dimittere & Valeranum non diu-
tius perſequi cogerentur. Floruit ſub A-
poſtolico Gregorio IX. Imperante Fræ-
derico II. exædificata ſunt Cœnobia, Hoy
cruciferorum, Leodii Minorum (quod
belli reditus dicitur) & Prædicatorum.
atque Scholarium, quorum ſitus eſt in in-
ſula D. Pauli.

Trigeſimus octavus Antiſtes.

GVlielmus Comitis Flandrorum fra-
ter, diffidentibus electoribus Otto-
ni Trajectenſi Præpoſito prælatus eſt.
Quem quum in Romana curia ſuperaſſet,
à Gregorio IX. confirmatus regrediens in
via defecit, ſepultus in Cathacomba Mo-
naſterio Ciſtercienſi. Interea ab Ottone
alter introductus eſt, quem alii repudia-
runt, & anno toto ſedes vacavit.

Trige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Trigeſimus nonus Antiſtes.

RObertus Lingonenſis Epiſcopus, quũ electores in tres acclives eſſent, cæteris manſuetudine ſua commendatior, & titulis glorioſior extitit. Igitur ſano concilio Gancathalenſis Epiſcopus & Germanus Gulielmi, poſtpoſiti ſunt & ipſe filius Comitis de Potier Præpoſitus ſummi Collegii, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor gratioſe admiſſus, ab Iacobo Cardinale & Pont. Max. à latere legato confirmatus eſt. Qui Eccleſiæ Leodinæ quam plurima precioſa donaria propinavit & populos pacifice moderans, vicinis etiam nationibus in ore fuit. Nam Guido Antiſtes Cameracenſis eum apprime venerabatur, & quam familiariſſime compellabat. Verumtamen ad rem aliquanto avidior, & ad honores anhelantior creditus eſt, quam decebat Antiſtitem. Vt enim Archiepiſcopatum Remenſem nanciſci poſſet, Leodinam gentem contempſiſſe & detraxiſſe fertur. Quo tempore tanta ſiccitas fuit, ut jejunio quatriduano publicitus indicto, omnes conciliare ſibi dominum curarent. Cumque clerus ſupplicationibus intenderet, ſub ipſis pompis ſacris repente tanta aquarum abundantia irroravit, ut ſuum ordinem inceſſumque univerſi intermitterent, & in ædibus civium irruerent. Obiit in caſtro Foſſienſi

anno

anno ſalutis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto : decimo ſeptimo Kalendas Novembres, anno adminiſtrationis ſexto, ſepultus in Monaſterio Ciſtercienſi, cui religioni ſingulariter affectus à Stephano Abbate & primoribus patribus petiit, ut feſtum Beati Lamberti martyris totus ordo feſtivis laudibus quotannis celebrarent. Floruit ſub Apoſtolicis viris Gtegorio IX. Celeſtino IV. & Innocentio V. Imperante Fræderico II. Claruit Lambertus Canonicus & Cantor D. Dionyſii qui Monaſterium montis Roberti reædificavit, poſt quæ Minoritæ cœnobium ſuum novem annis inhabitatum reliquerunt, & in Richefontem ſeceſſerunt, cujus loci præconium Sebaſtianus quidam Heremita celeberrimum exhibuerat. Conſecrata eſt etiam Eccleſia D. Leonardi apud Hoyum ; & ſacella aliquot paſſim conſtructa, Chriſtiano ritu nuncupata ſunt.

Quadrageſimus Antiſtes.

HEnricus frater Comitis Gelriæ, vix tandem impellente Petro, Pont. Max. legato, electus eſt, adoleſcens ad militiam verius, quam ad Eccleſiæ gubernaculum educatus. Neque enim in Epiſcopum conſecratus eſt, niſi quum compellebatur. Ceterum luxu perditiſſimus, filias civium deperiit, & tantiſper inſecutus eſt: donec prece vel precio aut etiam vi opprimeret

meret, crimen profecto non dicam Chriſtiano Epiſcopo, ſed etiam homine indignum. Vnde gnotos ex ſtupro natos ſupra viginti habebat. Porro anno ſalutis milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo quarto, quo Romanus Pontifex in Sarracenos exercitum conflaret, Henricus pariter cum Leodinis, Hoyanis, Tungaris atque Dionenſibus advolavit, ſed clam apud Vrbanum quartum accuſatus, in concilio Lugdunenſi deſtitutus eſt. Præfuit annis viginti ſeptem, & adhuc ſuperſtes, tres poſt ſe vidit Epiſcopos, quos ſingulos bello inceſſere auſus eſt. Interfectus eſt autem prope Francimontum ab Oderico de pratis equite aurato, anno ſalutis milleſimo ducenteſimo, octuageſimo quarto, ſepultus Ruremundæ. Prælia quæ fortiter excitavit, varia ſunt. Primum adverſus Remenſem Archiepiſcopum, copias produxit ſed ignobiliter revocare coactus eſt. Deinde in Aquenſes irruit, quos ex decreto Pont. Max. Gulielmum Hollandiæ Comitem, recenter in Alemanniæ regem electum ſuſcipere in civitatem ſuam compulit. Præterea nondum in ſacris conſtitutus, quum ſeditio eſſet inter clerum & cives Leodienſes, ſua præcipitatione perturbavit omnia. Clientulus enim cujuſdam canonici divæ crucis, civem læſerat: in quem magiſtratus animadvertit. Vnde canonici ſuas immunitates violari arbitrantes, privilegium ab Henrico Impera-

tore

tore conceſſum allegabant: quo ipſimet ſuam familiam corrigere volebant. Interea cives apud Gulielmum Alemanniæ regem ſatagebant, ut id revocaret, quare canonici illos ſeditionis fautores reputabant, & Eccleſiaſtico interdicto ſubmittebant. Quod non ante ceſſabat: donec nudis pedibus veniam precarentur, & auctoritate cleri duo Burgimagiſtri inſtituerentur. Quos ut compertum eſt nimium clero favere, Scabini rurſus deſciverunt, & hac à Leodio deceſſerunt: dum illac Canonici D. Lamberti abſceſſiſſent. Serpſit hæc protervia Hoyum uſque, qui ſe Leodinis civibus admiſcentes Dionenſes & Trudonenſes ſecum pertraxerunt, ut multo diſcrimine res patriæ ſtarent, & cæde atque rapina utrimque ſe afficerent. Tunc Antiſtes negotio Canonicorum ſe ingerens, quum ſingulas civitates abſque auctoritate, Burgimagiſtros inſtituiſſe audiviſſet: in Villanos arma arripuit. Et intercedente Comite Gelrenſi fratre ſuo, pauliſper ab incurſione ſibi temperans: demum pacem etiam infregit, donec Petrus Legatus, utramque partem compoſuiſſet. Sed tertio inſanientibus Leodinis, Antiſtes ad Ducem Brabantiæ confugit, & aſſignatis ei ditionibus, Machliniam, Hugardiam atq; Baventiam ſpontaneè contulit. Sicque adjutorio & Comitis Loſſenſis, & Gelrenſis Ducis, atque Iuliacenſis copiis fretus, Trudonenſem agrum incurſavit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſavit. Cui occurrentes Trudonenſes, pacem inierunt, deinde etiam in Varenniam properans, Burgimagiſtros proſcripſit, & brevi ſic Leodinos deterruit, ut illum pacatis rebus in Leodium admitterent, qui cum in monte Walburgi arcem potentiſſimam conſtitueret, ab Archiepiſcopo Colonienſi impellentibus Leodiis conſecratur in Antiſtitem & Abbatem Monaſterii Stabulani. Floruit ſub Apoſtolicis viris Innocentio V. Alexandro IV, Vrbano IV. Clemente IV. & Gregorio X. Imperantibus Wilhelmo & Richardo. Floruit ſanctiſſima Iuliana, quæ oraculo quodam dum incluſa eſſet, feſtum venerabilis ſacramenti poſt Penthecoſten celebrandum, collegio D. Martini, propoſuit, quod ab Vrbano IV. mirifice dilatatum eſt in univerſo orbe terrarum perpetuo celebrari.

Quadrageſimus primus Antiſtes.

IOannes Anginus Tornacenſis Epiſcopus, Francorum regis nepos & Doctor Theologus, olimque Abbas Stabulanus, formoſus & manſuetus, in Lugdunenſi conſilio ſubrogatus eſt anno ſalutis 1274. Cui Rodolphus rex Romanorum impenſe favens condonationes aliorum Epiſcoporum indulſit: & privilegia non immodica conceſſit. Verum in fata ſe indigna incidit, & ob unum bovem quem

ſuffu-

ſuffuratus erat Ballivus Condroſius, tres viros nobiles caſtri bellifortis letaliter inimicos habuit. Quibus impulſoribus ſtatim Limburgenſes Cennacum obſiderunt & ignibus concremarunt, & Brabantiæ dux ac comes Flandrenſis atque Namurcenſis, totam terram Leodinorum populati ſunt, & Meſſam incenderunt.

Poſt quæ Antiſtes anno adminiſtrationis ſeptimo, ab Henrico nuper ab Epiſcopali munere deſtituto, perſequutus, cum captus in equum alligatus fuiſſet, ſubito delapſus in terram, exanimis jacuit. Cumque diu ad portam monaſterij Helichenij delituiſſet: & in Hugardiam juxta condictum ad conſilium Magnatum properaret: corpore obeſus vix reſpitare potuit, ibi in byrrum Pontificium caput reclinans, animam exhalavit. Necis autorem, Arnoldum Comitem Loſſenſem eſſe volunt, qui interregno (quem alij Mamburnum patriæ, deficiente Antiſtite vocant) cunctis odibilis eſt depoſitus. Obiit anno adminiſtrationis octavo, ſepultus primum in ædibus Divæ Mariæ virginis, at poſtea tranſlatus in Collegio Divi Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris, Gregorio decimo, Innocentio ſexto, Hadriano quinto, Ioanne vigeſimo primo, Nicolao tertio, & Nicolao quarto, Imperantibus Richardo & Rodulpho.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Quadrageſimus ſecundus Antiſtes.

IOannes, Guidonis Comitis Flandrorum filius, Archiepiſcopus Metenſis, reſignata in manus Martini quarti Pont. Max. Metenſi adminiſtratione, Buchardum identidem electum, Romæ ſuperavit: ſed alia parte felicem fecit, dum ei Metenſis cura commendaretur. Qui in Anſtitem conſecratus ann. Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo, cum Duce Brabantiæ ſororio ſuo, Valkenburgenſem arcem obſedit: ſed expugnare non potuit, & poſtea diſcordantibus clero & civibus Leodinis, invicemque fere toto anno tumultuantibus: pacem inſtauravit. Deinde Synodum celebravit, & articulis pluribus roboravit, qui hactenus librum non exiguum complent, cui nomen affixum eſt Sinodalia Ioannis Epiſcopi Leodienſis. Cum Noverca ſua peſſime illi convenit: cujus inſtigatione: quinque menſibus captus creditur à Lutzemburgenſi Comite, quum ignorantibus ſervulis in ſylvam Bullonij divertiſſet, ſed autorem & captivitatem jurejurando reticere coactus eſt, neque extra ſuſpitionem, aliquid ſcitum eſt. Obiit anno ſalutis milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo, ſecundo Idus Octobris, anno adminiſtrationis

undecimo: ſepultus in Flandria. Putatur calculo petijſſe. Floruit ſub Apoſtolico Nicolao quarto, & Imperante Radulpho & Adulpho. Vacavit ſedes Leodina annis quattuor. Interrege declarato Guidone de Hannonia. Quo tempore dum in Trajecto utriuſque ſexus homines choreas ducerent, neque Euchariſtiæ ſacramento, quod ægroto à ſacerdote deferebatur, honorem darent, pons ipſe ligneus cui innitebantur, ſubito diffiſus eſt, & in Moſam non minus quam ducenti demerſi ſunt: & aquis abſorpti.

Quadrageſimus tertius Antiſtes.

HVgo de Cambilione, Ducis Burgundiæ conſanguineus, poſt quartum annum, diplomate Bonifacij confirmatus eſt, & gubernaculum ſuſcepit anno ſalutis Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto. Qui nobilitate conſpicuus, & muneri gerendo accommodus, utpote Epiſcopus Cambolenſis, & Arnoldi Comitis Avergienſis filius, ſtatim gratia ſua abuſus eſt, & ſeditionem magnatum fovens, ſpectator plærumque præliorum in publicum prodibat. Nam multo ſanguine inſectatæ ſunt ſe invicem duæ clariſſimæ progenies: Dominorum de Avvans & Warons. Vnde accuſatus ſuper ſtrage multorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

x falſa moneta, atque Eccleſiaſtico-
um bonorum profuſione, quum in-
ime : Bonifacio amaretur, ad Archie-
iſcopatum Biſuntinum aſſumptus eſt.
dminiſtravit annis ſex. Floruit ſub
Cæleſtino quinto & Bonifacio octavo.
mperantibus Adulpho, & Alberto.

Quadrageſimus quartus Antiſtes.

ADulphus & Waldoch, ex Helena
filia Marchionis Brandeburgen-
s, ſummoto Hugone per Bonifacium
nſtitutus eſt anno milleſimo tricente-
mo primo. Qui in natali Chriſtiano
eodium adveniens, ingenti apparatu
xceptus eſt : & armatus forum obe-
uitans, uſurarios & trapezitas, dirutis
lorum domicilijs à civitate exturba-
it. Cæterum Foſſienſes adverſus cle-
um ſeditioſe agentes, quum inſurrexiſ-
nt, ſtatim ſua oratione ſedavit : &
uum alias ad coleram propenſus eſſet,
aſtrum Mirua atrociter oppugnavit.
nde Leodium reverſus, veneno periiſſe
icitur. Obiit anno adminiſtrationis
rimo. Menſe Decembri, ſepultus in
ollegio Divi Lamberti, Floruit ſub A-
oſtolicis viris Bonifacio octavo, &
enedicto II. Imperante Alberto.

Quadrageſimus quintus Antiſtes.

THeobaldus frater Comitis Baren ſis, vir multa doctrina & facundi præditus, quum oratoria functione Romæ claruiſſet à Benedicto II, cuju dictator fuerat, Leodinis in Antiſtiten deſtinatus eſt, quum interea Guilielmu Atrebatenſis electus eſſet, ſed aulæ & laborum pertæſus, aliquandiu delibe rans, cedere quam adminiſtrare ma luit. Qui in Leodium adveniens, ann milleſimò trecenteſimo tertio, omni perturbata invenit, lites quippe ſuſcita tæ fuerant inter Ioannem patriæ inter regem, & Ducem Brabantiæ, unde u trimque incurſantes, pagos combuſſ runt & ſe mutuo occiderunt, quæ ſu induſtria ſtatim cōpoſuit. Verum hau multo poſt cum Henrico Alemanni rege, & Comite Lutzemburgenſi, plu rimiſque magnatibus Romam profectu quum illum coronare nollent, reſiſten tibus Romanis, in coitione prima ſe ingerens, ſagitta transfixus interiit, an adminiſtrationis XVII Kalendas Iu nias, ſepultus ſummo honore in Baſi lica Apoſtoli Petri. Floruit ſub Apo ſtolicis viris, Benedicto ſecundò Clemente quinto, Imperantibus Albe to & Henrico Lutzemburgenſi.

Quadrageſimus ſextus Antiſtes.

ADulphus à Marcha Francorum ſanguine cretus, à Clemente V, Pont. Max. ex Diacono in Antiſtitem ſublimatus eſt, anno ſalutis milleſimo trecenteſimo XII. Qui ſub natali Dominico glorioſe Leodii receptus eſt, & vir ad optima natus, horrenda ſemper æque indigna ſuſtinere debuit. Ingruebant enim undique inimicitiæ, & nulla via coerceri poterant. Idcirco nolens volens arma indutus, caſtrum Awens, & Clarimontum, villas atque oppida finitima, quorum cauſa patria eorum impetebatur, jure belli ſub ſe recepit, & conquieſcere compulit. Sed rurſum emergentibus factiònibus familiarium de Awens & Warons, anceps prælium commiſſum eſt, & utrimque plurimi corruerunt. Acceſſit quod Senatus Leodinus adverſus Adulphum rebellavit, qui adjunctis ſibi Hoyanis, Tungaris & Trudonenſibus, in planitiem prodierunt, ibi Antiſtes acriter dimicans, magnifice triumphavit, & cæſis trecentis viris, multis præterea captis, ac vulneratis, impetum aliquamdiu compeſcuit, ſecundo Trudonenſes oppreſſit, tertio Tungaros in Colonia Alkenſi omnes in unum fere extinxit. Qua potitus victoria,

familias Vvarons & Avvans de generoſitate à triginta & ſeptem annis contendentes, vocatis partibus, in monaſterio Divi Laurentii compoſuit, è quibus cum amicitia inita eſt, utrimque numerati ſunt circiter triginta duo milia corruiſſe. Cæterum Adulphus juſtitiæ zelator non inſtrenuus in Hoionia quoſdam ſanguinolentes obſedit, quos deliteſcere noverat in domicilio Ioannis ab Hardnemonto viri Equeſtris ordinis, è quibus præcipuum capite truncari juſſit, alterum equis diſtrahi, tertium cæco carcere vitam finire. Quod cum male haberet Leodinos, maxime quod novitius & vixdum electus Antiſtes, talia præſumebat. Interregem ſuum Comitem Loſſenſem conſtituebant. Vnde nobiles in cives Leodinos & promiſcuam multitudinem arma arripientes, macellum & officinas appendiceſque caſas ignibus concremabant. Qui Arnoldum à Blanckenhem invocantes, quem conſentientibus majoribus collegij anteſignanum conſtituerant, certamen apud Divum Martinum commiſerunt. Nobiles inferiores facti quum in turrim confugerent, ibique ſe ſalvare cogitarent, inſaniente vulgo ignis ſuppoſitus eſt, & fere ducenti nobiles ſuffocati. Deinde etiam Hoijanis viſum eſt imperium detrectare Antiſtitis, quare in
eos

eos copias producens, quum ex adverſo illuſtris Dominus Balchon, atque Dionenſes occurrent, datis belli induciis conventum eſt. Cæterum levi argumento iterum diſſoluti, interdicto Pontificio percuſſi ſunt, ſed ad Colonienſem Archiepiſcopum appellaverunt. Antiſtes interea patriæ defenſorem quem Marſcalcum appellant Dominum ab Harmalia conſtituit, contra quem Leodini Comitem Loſſenſem eligentes, Harmaliam ſuccederunt, & Antiſtitem aufugere compulerunt. Quem Abbas Stabulanus in Brabantiam recipi procurans, novæ concordiæ autor fuit, ut etiam conſenſu Antiſtitis Comes Loſſenſis Mamburnus ordinaretur. Tunc temporis tanta peſtilentia ac fames per patriam invaluit, ut in plateis plurimi conſpicerentur ſpiritum exhalare. Quibus plagis vix ceſſantibus, Antiſtes cum Duce Brabantiæ terram *Valckenburgenſem* incurſavit: & caſtrum Herle diruit, & ſubinde cum Comite Lutzenburgenſi contendit. Qui pariter cum Comite Namurcenſi obrepens, tacito cuniculos poſuit & in Cennacum irrupit, ſed opidanis ad arma confluentibus omnes in fugam converſi ſunt. Quos potentiſſimi quique Leodinorum irridentes, quum eis bilem moviſſent, illi in Almonſeies egreſſi partim capti ſunt,

partim occiſi. Cæterum Hoijani hoſtiliter ſimultatem adverſus Antiſtitem tertio exercentes, conflictu indicto, quum non prodirent: in civitate ſua interdicto puniti ſunt. Sed in Hasbania multa domeſtica bella ſuſcitata ſunt. Ita ut ſic nobilium ſtrennuitas (quorum ibi potentiſſima ſemper natio fuit) inter ſe belligeraret, ut nullus tuto penetrare poſſet. Qui dum inter ſe conveniſſent, Tungrenſes atque Hoijanos perturbabant, quibus ij obſiſtentes, magna ſtrage in eos debachati ſunt, uſque adeo ut Mareſcalcum captivum abduxerint: & cum Antiſtite bellum ſuſceperint. Igitur anno ſalutis 1328, apud *Haſletum* poſtridie octavarum Divi Lamberti ſtata prælio dies eſt, & Leodini atque Hoijani denique malivoli omnes ab Antiſtite, aut occiſi ſunt (pluſquam octingenti) aut capti fere innumeri. Porro Antiſtes (ut validiſſimus erat) ſtipatus potentia Comitis *Gelrenſis*, Comitis Volfari, Comitis à montibus, Hoijum occupavit, & ſeditionis autores comprehendit, quos ut compertum eſt fuiſſe Canonicos ſacerdotia in alios tranſtulit, & vulgum in gratiam recepit. Subſequuta eſt ingens exactio, ſtipem ſatellitibus ex condicto depoſcentibus, quare Duci Brabantiæ Mechliniam, ſubſcribentibus Canonicis Divi Lamberti Antiſtes vendidit,

vendidit, potiſſime quum cives ad Ducem magis propenſos perpenderet, quam ad Antiſtitem. Propterea appendit Comes Flandrorum centum milla aureorum, pactum approbante Romano Pontifice. Cumque anno ſalutis 1230, pridie Divi Sebaſtiani, abſque liberis exceſſiſſet è vita Lodovicus Comes Loſſenſis, Comitatus ad Antiſtitem devolutus eſt, quippe quem Comiti ceu feudatorij tranſportaverat, utpote quem illius avus Hugoni ſponte in ara Divi Lamberti obtulerat. Poſt quæ Dionenſes in magiſtratum inſurgentes, juſſu Antiſtitis nominatim proſcripti ſunt, quod quatto tentatum eſt apud Hoijanos, quibus ex omni ordine deſignavit viros quattuor, totidem ex magiſtratibus, totidemque è Canonicis. Quorum verbis quum ſe ſtare affirmaſſent, ſed poſtea tergiverſarentur, ita Antiſtitem commoverunt, ut fere in amentiam inciderit. Quod fere Trudonenſes imitati, quum in Leodium advocati eſſent ſic oratione Antiſtitis inſtructi ſunt, ut Hoij quoque ad conciliandum induxerint. Qui nuntiis præmiſſis, cum ſagittariorum induſtriæ fiderent, & ſicariis ſtipati in conſilium properarent: negotium omne ſuſpectum reddiderunt, ut Antiſtes armatus obviaverit. Qui quum in navim decertandi cauſa proſiliiſſet:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

quatuor nobiliores è familia ſua interfici conſpiciens ſic ira intabuit, ut morbum gravem incideret, & nona die mortem obiret. Defunctus eſt anno adminiſtrationis ſuæ trigeſimo ſecundo, tertio Idus Novembres, ſepultus in collegio D. Lamberti. Floruit ſub Apoſtolicis viris Clemente V. Ioanne vigeſimo ſecundo, Benedicto XII. & Clemente VI. Imperante Henrico Lutzemburgenſi. Vacavit ſedes menſibus tribus. Sub quo Viſeti tralatum eſt corpus Beati Hadelini, & ibidem inſtitutum eſt collegium Canonicorum, & caſtrum Valckenburgum expugnatum eſt à Brabantis.

Quadrageſimus ſeptimus Antiſtes.

ENgelbertus à Marca filius Comitis à Marca, cujus Adulphus patruus fuit, Præpoſitus Collegii D. Lamberti, ex filia domini de Weſemalia Avinione à Cardinalibus electus & à Clemente ſexto inauſpiciis quadrageſimę confirmatus eſt, anno ſalutis milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto. Qui pacem cum Hoyanis initam ſua auctoritate ſanxivit, & conſilio Abbatis ſive Nichaſii Remenſis Pont. Max. legati fœdus pepigit inter Comitatum Loſſenſem & collegium D. Lamberti, etiam reclamantibus Canonicis. Vnde appellatum eſt ad Pont. Max. & excomunicatione percuſſus dominus Hensbergus,

bergus: atque compoſitores alii facti transfugæ. Cæterum conſiſtorio Magnatum advocato, Antiſtes properavit Vocennam, quo ſe præſtolantibus Hoyanis atque Leodinis, ſubeſſe intellexit inſidias, & armatorum cuneo conſpecto pernicibus equis abſceſſit. Quibus inſequentibus, quum eos Antiſtes potentia quadruplo excederet (fortiſſimos enim præliatores delegerat, D. Comitem à Montibus, Comitem à Marca, D. Valckenburgo, atque præcipuos quoſque) magna ex parte proſtravit, & ſpectatores ſacerdotes viginti ſex, & clericos viginti octo, denique leproſos ac mulierculas (in ſumma) quingentos & amplius interfecit. Adde facinus miſerabile, dum fœmina parturiens, cujus in utero palpitabat infans, quum ex terrore cruciatus eveniſſet, ſacerdotem advocaret, cui ſcelera commiſſa confiteretur, & baptizandum fœtum porrigeret: irruentibus ſacrilegis, matrem vix dum partum enixam, cum ſacerdote peremerunt & horrendi facinoris immanitate Deum, incitaverunt, ut protinus verſa vice, Hoyani victores efficerentur, & in civitatem redeuntes, Magnatum ædes paſſim ſuccenderent. Quo exemplo ſibi propoſito Hasbani domicilium quoque magnatis ab Hamel demoliti ſunt, & Leodini arte militari caſtrum Muha circumcingentes, turmis inſtructis, Dionenſes ad cuſtodiam, deinde Trudonenſes atque

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

que Tungaros ad propugnacula ordinaverunt. Quos Abbas Alnienſis ab obſidione revocans, Trajectum adire, & apud Antiſtitem, cum adverſario expoſtulare conſuluit, at in via ordinatis inſidiis, quum dolos ſubeſſe ſuſpicarentur, turmatim retroceſſerunt, & conſultatione habita, caſtrum adorti, deterritis cuſtodibus irruerunt, denique quinto decimo obſidionis die ſolo æquarunt. Contra quos illico Antiſtes omnem ſuam potentiam producens, finem tot malis impoſuit, & inſolentiam tantam repreſſit. Interea demortuo clariſſimo viro Theodorico Hensbergo, Comitatus Loſſenſis, ad Antiſtitem rediit, quem dum Dalenbroickus hujus nepos uſurpare præſumeret, adhibitis munitionibus Antiſtites coërcuit. Vnde in arcem Stochemii cum ſuis fugientem inſequutus, ſe in manus dare, & jus omne obliterare compulit. Quo ſtatu rerum, à Colonienſibus in Archiepiſcopum ſuffragiis legitimis electus eſt, & nobis habenas moderari deſinit anno adminiſtrationis ſuæ vigeſimo. Floruit ſub Apoſtolicis viris Innocentio VI. & Vrbano V. Imperante Carolo IV.

Quadrageſimus Octavus Antiſtes.

IOannes ultra Trajectenſium Epiſcopus, filius domini ab Erekell, ex filia Comitis Verneburgenſis, in ſacris atque ſæcu-

ſæcularibus literis non vulgariter inſtitutus, in Antiſtitem Leodinorum aſſumptus eſt anno ſalutis milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto. Qui patriæ cauſas, Eccleſiæque patrimonia diſcretius inveſtigans, pactionem Dalenbrochi, qua Comitatum Loſſenſem D. à Rummis vendiderat, impiam eſſe cauſatus eſt, & non acquieſcente magnate Rummenſi, caſtrum ejus Rummis obſedit, & nona decurrente hebdomada ad deditionem perduxit ac diruit. Quo nimium conſternatus, modis omnibus benevolentiam Leodiorum captare ſtuduit: & in collegio D. Lamberti ſcriptis articulis, ditionem Loſſenſem Antiſtiti vero hæredi ſummiſit. Obiit anno ſalutis milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo adminiſtrarionis anno tertiodecimo, ſepultus in collegio ultra Trajectenſi. Floruit ſub Apoſtolico Vrbano V. Imperante Carolo IV. Cujus temporibus è Germania non pauci homines, ſpuma & effrænitate rabidi, inſtar amentium, Leodium geſticulando ſaliendoque pervenerunt, quos clerici ſacris Zonis conſtringentes, exorciſmis ab inſaniis repurgarunt.

Quadrageſimus nonus Antiſtes.

ARnoldus Horneus, filius Comitis ab Horne identidem ultra Trajectenſium Epiſcopus, ab Vrbano Pont. Max.

con-

confirmatus Canonicis atque magiſtratibus diploma exhibuit, & Euſtachium Perſandum ſubinde admiſſum, confirmarique deſiderantem, ſua præſentia depreſſit anno ſalutis milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono. Qui biennio magna tranquillitate adminiſtrans, demum à Ioanne Rodemaco impugnatus eſt. Qui miſſis fecialibus, pactum patris, cum Leodiis infregit, & ante datas literas, tyrannice omnia agens Pagum Bullonenſem conflagravit, caſtrumque adortus eſt. Quibus auditis Epiſcopus Gallica oratione Leodios cohortatus, omnes adeo ſua præſentia permovit ut citra cũctationem, cum Hoyanis atque Dionenſibus, civitatem egreſſi, inimicum pene in caſtrum Chechepyre deliteſcentem, opprimerent. Quod protinus ignibus ſummotis accendentes, hoſtem in turpem fugam adegerunt, & fugientem viriliter inſequuti, quum auctorem aſſequi non poſſent, ad complicum opes diripiendas divertunt, & caſtrum Lupiſitus, ditionis Barenſis, contriverunt. Poſt quę duodecimo Kalendas Iunias, terræmotus ſereniſſimo cælo proveniens, patriam omnem indomito turbine concuſſit, & magni alicujus mali horrorem Leodiis attulit. Forte enim tunc magiſtratus accuſabatur, & nominatim Frerardus, qui aliquoties munere publico perfunctus fuit, & a Ioanne Coquo fideliſſimo viro, decoctionis reipublicę inſimulabatur: quare de-

creto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

creto Antiſtitis extra patriam proſcriptus eſt, & hac parte civibus proviſum, ut quotannis in feſto D. Iacobi Burgimagiſtri eligerentur, ne paſſim Scabini (ſic enim ſenatores vocant) omnia ſic definirent, quemadmodum annis ſuperioribus feciſſe eos compertum eſt, unde & omnes præter unum exulare coacti ſunt. Sed quum morbus quoque idem in novitiis deprehenderetur, quarto decimo Kalendas Septembres, Senatuſconſulto exulare juſſi ſunt, & nova conſtitutione ordinatum eſt, ut Leodii quotannis viginti duo judices reſiderent, qui etiam in Pontificiis ſententiis, & civitatum determinationibus, cenſuram ferrent. Obiit anno ſalutis, milleſimo trecenteſimo octuageſimo nono, ſeptimo Idus Martias, anno adminiſtrationis decimo, ſepultus Hornæ. Floruit ſub Apoſtolico Vrbano ſub ſciſmate, quod triginta novem annis Eccleſiam conturbavit, Italia, Germania Pannonia Vrbanum ſextum, Gallia vero, Hiſpania, Cathalonia & Britannia, Clementem ſextum venerantibus. Quo rebus humanis exempto, Magnates territorii Leodium convenientes Canonicos precibus pulſabant, ut è familiis patriæ muneri gerendo aliquem deligerent. Quem quum ad ſeptimum Kalendas Apriles Theodoricum à Marca, prudentem juxta ac illuſtrem virum, deſignaſſent, atque adeo confirmari deſiderаſſent, maximopere ille literis plurima

can-

cauſatis, tantæ dignitatis ſe inhabilem pronunciavit, & rarum toti ſæculo humilitatis exemplum dedit. Ex quo facile conjectare licebit, quam affluenter Marca illa progenies, olim & floruerit, & patriam ſibi demeruerit.

Quinquageſimus Antiſtes,

IOannes de Bavaria, filius Alberti Ducis Bavariæ, Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Oeſterivanenſis domini Phriſiorum, corpore ſpectabilis, verbo affabilis, moribus compoſitus, exactis decem & octo annis, Leodinam adminiſtravit Eccleſiam anno ſalutis milleſimo treceteſimo nonageſimo. Qui cum patre & Gulielmo fratre, octavo Idus Maias, equitibus mille Leodium advenit: & poſtridie Comitatum Hannoniæ iiſdem feudalem conceſſit. Porro à tenellis unguibus erga ſuam gentem magis affectus, zelum populi haud æquanimiter toleravit: & injuriam Brabanto irrogatam, cujus Leodini malitioſe caſtrum occupaverant, diſſimulavit, Quare is apud Francorum regem querelam deponens, Mercatores Dionenſes atque Leodios, in Galliis detinere procuravit. Quam negligentiam in Antiſtitem regerentes, utcumque de eo locuti ſunt: & magna plerumque licentia, in illius mores atque ætatem debacchari aſſueverunt. Porro terræmotus validiſſimu

terti

tertio Kalendas Iunias, Leodium contur-
bavit : & impetu ſuo eminentiora loca
contudit, qui argumento poſtea fuit, diſ-
ſidii inſtantis. Nam Antiſtes quum abeſſe
mallet, quam ſe penitius in patriam devo-
luere : auditorium cauſarum (quod ſpiri-
tualem curiam vocant) in civitate Die-
ſtenſi conſtituit : ibique officiales atque
ſcribas ordinans, hoc modo Leodios gra-
viter offendit. Acceſſit aliud quiddam,
quod plurimos male habebat. Nam Ma-
gnatem Henricum à Parwis, intimum ſibi
delegerat, quo auctore Driapolim cum
arce expugnaverat. Quæ civitatula ſola
ſupererat, in toto territorio, metu pluſ-
quam ex animo, Epiſcopo conſentiens
quum cæteræ omnes contumaciam por-
tendiſſent. Sed inde ingens incendium
oriri perpendens, curiam rurſus in Leo-
dium tranſtulit, & conventum procerum
in Caſter Betaſiorum convocato, pacatis
rebus, ſe quoque in Leodium recepit.
Qua tempeſtate, pridie Kalendas Fe-
bruarias, aliquot perditiſſimi nebulones
intempeſta nocte Viſetum per mœnia
conſcendentes, plurimos in ſtratis ſom-
no ſepultos extinxerunt : aut ædibus ſpo-
liatis ad poſtem alligaverunt. Domicilia
magiſtratuum, atque Canonicorum paſſim
incenderunt : & plateas ſunt inde conta-
minantes profuſo ſanguine aſperſerunt.
Cujus facinoris ſummo diluculo ad Anti-
ſtitem fama pervolante, quum cives ad ar-

ma capeſſenda accingerentur, armatus medius equitabat, & cuneis ſe magno periculo immiſcens: arroganti apparatu ſuſpicionem ingeſſit, ut illum magna pars, facti conſcium affirmaret, & aliis conſultantibus, multi excuſarent. Ipſemet vero de ſe jurejurando fidem faciens: animadverſione & ſupplicio nocentiſſimorum hominum, innocentiam ſuam protexit. Menſe Februario tanta aquarum inundatio totos octo dies è Moſa ſuperfluxit, quantam Leodii factam nulla hominum retinebat memoria. Civibus ergo familiarior factus, multa tranquillitate degebat: donec quæſtionem fieri con tingeret de magnate Reynardo de Steen vorſt, & Zichemio equite aurato, quen Gelrorum Dux ſubarraverat. Vnde ann ſalutis milleſimo trecenteſimo nonageſim ſeptimo, quartodecimo Kalendas Octo bres Gelrorum duciatque complicibus be lum indixit: & Leodiis conſtipatus, i agros excurrens pagum Echt & finitimo ab Horne uſque Ruremundam popul tus eſt. Demum die decima receptui c nens: Leodium remeavit. Sed Gelros d lo inſequutus, uſque ad pontem de Merſe quum lente incedentes opprimere ſper ret: Ioannes Coquus civium præfectu pontem exoccupans, anteſignanum eq inſidentem, in ripam demerſit talique a dacia cæteros perculit. Deinde Braban viſum eſt Magnates Leodiorum in civi

te

tem Deiſtenſem accerſire: quatenus invi-
cem conjurantes, bellum adverſus Gelros
ſuſciperent: & mutuo condicentes, ad-
veniente æſtate Ruremundam pariter ob-
ſidione vallarent, unde Ducem modis om-
nibus ſupplicem ante tres hebdomadas
Brabanto ſe obligare coëgerunt. Tametſi
rurſus duo portenta proceſſu temporum
Leodios deterruerint, quarto ſiquidem
Kalendas Februarias, ingens nivium den-
ſitas, è cœlo decidit, ut per territorium
Leodinum nemo eques aut pedes comit-
tere iter poſſet: Deinde anno alio, Come-
tes ſeptimo Kalendas Martias, ad quartum
decimum Kalendas Apriles apparuit, quem
ſignificaſſe tradunt populi ab Antiſtite de-
fectionem. Leodini namque decimo ſe-
ptimo Kalendas Octobres, Trudonenſi-
bus patrocinantes, quod pro re nihili to-
ties ad palatii annulum vocarentur, & in-
ter verba Antiſtitem acrius increpantes: il-
lum protinus equum conſcendere, & Ho-
yum oppetere compulerunt. Quo advo-
catis aliarum civitatum magiſtratibus,
cum ſoli velut deſpicabiles haberi ſe arbi-
trarentur, manifeſtæ injuriæ argumentum
ſumpſere, & diu inter ſe conſultantes,
quo jure quaque injuria in prophanum An-
tiſtitem, lubricitatem ſuam expuerent, uſ-
que adeo, ut etiam laudem ii mererentur
& ſingulare vocabulum, Hydrotiorum:
qui maxime maledicendo valerent. Qui
iniquo conſilio atque ſeditionibus omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

miſcentes, non modo abominanda pronuntiabant: ſed & de altero ſubſtituendo ſolliciti fuerant. Manburnum quippe decernentes, quum id Canonicis adprime diſpliceret, eos è civitate abigebant, & Officiales in turrim præcipitabant, Proventuſque ſacros ſtomacho aſſumpto prophanabant. Quæ Antiſtes aliquam diu diſſimulans, quum remedium nullum adhibere poſſet, curiam bifarie partitus eſt, ut Galli Hoyum, Theutonici Trajectum cauſas ſuas deferrent, curiamque iis locis agnoſcerent. Fuit hæc res multo majoris odii ſeminarium, & jam magnæ auctoritatis Hydrotios effecerat, qui publicitus etiam admiſſi, artificio ſuo ad ſe plebeculam attraxerunt, & de Mamburno inſtituendo, diem ordinaverunt. Cumque hac de cauſa, quarto Idus Iulias, in Palatio conveniſſent, Magnatem Henricum à Parewis deligerunt, & canonicis in conſiſtorio congregatis, quum violenter illuc irrupiſſent, toto die ac nocte, ſannis atque minis eos afficientes, ſigillum Collegii extorquere conati ſunt. Porro dominis tergiverſantibus: dum compoſitionem rei magis conſulerent: ſummo ſolemnique apparatu Trajectum adierunt, & cauſam ſedecim viris magnatibus pertrectandam commiſerunt. Quorum octo Antiſtitis partes, octo reipublicæ diſcrimen librabant: & poſt aliquot dies i Tungri decidebant. Quæ pax proverbi
etiam

etiam celebrata eſt, ut appellaretur pax ſedecim virorum, qui fere ad noſtram ætatem in perplexis cauſis totidem adhibentur. Enimvero hic elegans meorum municipum facinus occurrit, qui nequaquam poſt tam laudabilem pacis tractatum de Antiſtite contenti, ſuæ inſipientiæ veſtigia reliquerunt. Nam anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo quarto, dum pridie Kalendas Novembres in oppido Trudonenſi Antiſtes pernoctaret, cives mutuum ſe cohortantes, inque Monaſterium irrumpentes, eum cum famtlia extinguere cogitabant. Sed inſolenter adeo exilientes, fragore atque clamoribus, omnem late viciniam excitabant, ut Antiſtes cum paucis viriliter occurrens, omnes in fugam ageret, & plurimos captivaret, hujus factionis primarios fuiſſe tradunt, Cerviſiæ decoctores, & tabernarios: qui Chiſiam nuper decreto Pontificis inſtitutam, approbatamque, legiſlatore adempto, redimere ſperaverunt. Poſt quæ in Gallias conceſſit & cauſas Ducis Burgundiæ, atque Aurelianenſis compoſuit, reverſuſque novis repente rumoribus perturbatus, decimo ſeptimo Kalendas Iulii, à Leodio abſceſſit. Porro irrequiſitis Magiſtratibus, Curiam, atque Patriæ Sigillum in Trajecto tranſponens, rurſus facem pene ſopitam, reſuſcitavit: multoque quam ante erat, uberiorem fecit, ut jam non modo Leodinorum, ſed omnium magiſtratuum

territorii, civitatumque ſuggeſtione, dies alterum Epiſcopum decernendi indiceretur. Quo ſua freti auctoritate Magnatem Henricum à Parewis Manburnum, hujuſque filium Theodoricum Antiſtitem elegerunt: cui facto ſigillum civitatis majus, & omnium aliarum civitatum robur appenderunt. Denique Canonicos urgere cœperunt, ne hac in re adverſarentur magiſtratibus, ſed nullo modo morigeros experti, voce præconis, omnes qui non aſſentirent, ante occaſum ſolis, civitatem egredi juſſerunt. Qui omnes, uno excepto, cui nomen erat Gulielmus de Rupe, ſponte decedentes, ſubſcribere detrectaverunt: quorum loco novus Antiſtes alios ſtatim ſuffecit, viciſſitudine interim rerum facta, Trudonenſibus Antiſtes gratus fuit: quorum quum ei impenſe faverent, Leodini, Hoyani, Dionenſes & Tungari pridie Kalendas Novembres uſque ad quartum Idus ejuſdem Menſis, opidum obſiderunt, donec Mamburno cives ſe dederent, novumque Antiſtitem acceptarent. Quo menſe & Bullonenſe caſtrum iiſdem conditionibus occupatum eſt, & ubique pro Mamburno concertatum, maxime: quia Iacobus Badus in cauſa confirmandi Theodoricum Avinioniam verſus, ubi Pont. Max. reſidebat, profectus fuerat, & impellentibus magiſtratibus: omnes pedibus in ſententiam ire Mamburni compellerentur. Qui inconſulte re-

ditum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

reditum per Gallias tentans in Franciæ
detentus eſt: & vix multis Mamburni
atque Ducis Aurelianenſis epiſtolis, è
captivitate emiſſus. Cujus in civitate
reditus inauſpicatò provenit. Nam anno
nilleſimo quadringenteſimo ſeptimo,
undecimo Kalendas Apriles, fores pul-
ante Paſcate, aliorum collegiorum
Canonici, atque Eccleſiarum parrochi
n palatium convocati ſunt: ut Theo-
orico in Epiſcopum confirmato, obe-
ientiam præſtarent, & pariter criſma
ub illius nomine acceptarent. Porro
ærentibus cunctis: quum in multam
octem in palatio detinerentur, tandem
olentes volentes, ſi vitæ ſuæ conſule-
ent, debitam fidelitatem promiſerunt.
Qua in re quum facile obligatiores
onſiderari poſſent, mane ſubducenti-
us ſe quamplurimis, alii qui remanſe-
unt, capti ſunt.

E quibus Equites duos, nobiliſſimos-
que prudentiſſimos Ioannem ab Ho-
on & Gulielmum hujus filium, ſexto
alendas Iulias, ſpectaculo in forum
parante, quum nihil commeruiſ-
ent, capite plecti, deinde Nicolaum
ectorem, Ioannem Coëvaremium, &
annem de S. Martino, Dominorum
Horion familiares, ſimili crudeli-
e vitam finire, Mamburnus juſſit.
uorum quum apud omnes innocen-
t conſtaret, & opploraretur mors ir-

rogata, optimis quibuſque fuga ſalutem meditantibus, enſis quo ſanguis effuſus erat, familiæ ab Horion, poſteritati ſervandus, traditus eſt, & etiamnum apud provectiorem ejus ſtemmatis, tantæ fidei pro Epiſcopo obitæ, teſtis eſt. Acceſſit ad enormitatem hanc quod Canonici qui deceſſerant, jam quaſi transfugæ reputabantur, & conſtituto precio viginti coronatorum, qui quemquam eorum vivum, mortuumve deferrent, tyrannidem plane exercebant. Eratque ſumme odioſum, Antiſtitem in Trajecto cõſervari, quam ob rem octavo Calendas Decembres, civitatem obſidere aggreſſi, Hoijanos, Tungaros, atque Haſſellenſes aſſiſtere voluerunt, & multa adeo moliti, quum non ſuccederet, ad ſeptimum Idus Ianuarij, aſpera eos hyeme affligente, ad propria remearunt. Cæterum obſidionem rurſus obeuntes, pridie Calendas Iunias, ſedecim hebdomadibus, Civitatem afflixerunt tantiſper, dum Gulielmus Bavarus Antiſtitis frater & Ioannes Dux Brabantiæ, Comeſq; Flandrię, ejus ſororius, denique Comes Namurcenſis & Francię atque Burgundię Magnates plurimi, ſinguli miſſis ad Mamburnum nunciis incurſionem minarentur. Quandoquidem Bavarus Tuwinum uſque copias producens, pagos atque Colonias concremabat, & ditionum aliarum militibus ambitioſe conſtipa-

tus, ad Trajectnm, infringendæ obſidionis cauſa properabat. Quo rumore in exercitum diffuſo, Mamburnus nequaquam ſe comparans ut crederet conſilio habito, obſidionem amovit, ſeque in Leodium recepit. Quo quum Hoijanorum, cæterarumque civitatum legiones non applicuiſſent, ſed domum commigraſſent, nono Kalendas Octobres, Hydrotij convenerunt, & Dionenſes multa jactantia confluxerunt, animumque Mamburno addiderunt, ut protinus in foro edictu promulgaret, ut poſtridie illius diei omnes ad unum, tam Equites quam Pedites, obviam hoſtibus procederent. Nam in Haſbaniam Bavari caſtra atque principum Brabantiæ deſcenderant, ex quo periculum ſibi imminere proſpiciebant, quum potiora ſi expectarent ſubſidi a advenire, & ut fit, exercitum cotidiana acceſſione in immenſum excreſcere contenderent, quare Mamburnus aliquanto precipi antius quam oportebat in Haſbaniam advolavit, quo ſe operientibus agminibus, qui nocte Iecoram fluvium tranſiverunt, non longe poſitis caſtris, aliquamdiu quieti manſerunt. Hic Mamburnno prius hoſtes juxta deſyderium intueri datum eſt, qui fortiter irruens, lanceis atque ſagittis, quibus adverſarij inſtructiſſimi advenerant, ſuæ temeritatis pœnas luit, ſcelerumque au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

toribus ſubito occiſis, confectoque Henrico à Parewis & Theodorico hujus filio, reliquos in fugam verterunt, quos in caſtris in quæ fugerunt ad unum omnes occiderunt. Habita igitur victoria in pago quæ *Eicht* dicitur, & præda lætiores facti: rurſus mane ad iter ſe accinxerunt, & vexillifer ante exercitum præcedens ad montem quendam pervenit, deinde conſilio majorum perſuaſi ne illic ſubſiſterent, ad ulteriora illo die contenderunt. Porro Tungari malis avibus belli eventum intelligentes, quum Mamburnum victorem audiviſſent, portas atque mœnia egreſſi, quum omnes fere pedeſtres eſſent, terga vertentes, fugiendo proſtrati ſunt. Quæ inſperata victoria veſpere ad Antiſtitem in Trajecto delata, omnium animos inſtauravit: & ſummo noctis conticinio foris ad triumphatores progreſſi, quum Antiſtes magnifice gratias egiſſet, viciſſim ſe totum impenſurum cauſis principum ſpoſpondit. Iam aliud quoque gaudium Leodiis evenit. Nam plurimi tot cædum atque ſeditionum pertæſi, vexillum quoddam pervetuſtum aſſumpſerunt, quorum vel præcipui fuere Ioannes Dominus Rochefort & Dagimont, Ioannes Saraing Equites, & cives primi nominis, qui ſe malorum expertes vocitabant. Qui collegia omnia perreptantes, Canonicos ab Theodorico inſtitutos,

& hy-

& hydrotios quoſque in publicam cuſtodiam abduxerunt, & ſalubri conſilio religioſos viros deputaverunt, qui victores oratione permoverent, ne in patriam & civitatem debacharentur, quinimo reipublicæ (quæ magna ex parte nihil tale commerita erat) atque patriæ parcerent, eamque beneficio ſibi demererentur. Quod principibus humaniſſime annuentibus, literas eis dederunt: quibus inſcriptum fuit, ut eccleſiaſtici atque cives ſinguli bini obviam Antiſtiti in campis procederent, eoque conſpecto genu in terram ſubnixo veniam precarentur, exoluendiſque militibus mulctam penderent, quam Brabantiæ Dux viva voce conſtitueret. Interea in Trajecto Iacobus Badus, in quatuor partes diſſectus eſt, & ſua morte æmulandi materiam Leodiis ſubminiſtravit. Vnde in campo dicto, (*campe le Braes*) quo ex condicto cives Antiſtitem præſtolabantur, captivi omnes, in vehiculis advecti, Magnates duo, Dominus ab Agimont, & Dominus à Saraing cum nonnullis aliis capite truncati ſunt, & apparitore poſito Ioanne de Ieumont equite aurato, Canonici ac ſacerdotes, viri ac mulieres è ponte in Moſam præcipitati ſunt. Neque hac re quicquam ceſſatum eſt, donec in omnibus paſſim civitatibus, ſeorſum au-

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

tem in oppido Trudonenſi (quo plæ-
tumque partium vigor inter nobiles
ac mediocres regnat) animadverſum
eſt, adeo ut ſequenti anno, menſe Se-
ptembri in oppido Herckenſi Hydro-
tii nominis ſeptuaginta duo viri perfu-
gi, in rotam ſublimati fuerint, quo-
rum primocerius Ioannes de Spans
Leodium deductus, in quattuor partes
defectus eſt, & alii octodecim, capitali
ſententia vitam expleverint. Sicque
obſidibus datis quingentis viris qui an-
nis quattuor in diverſis locis detenti
ſunt, & vexillis quibus inſignia Theo-
dorici prominebant, in foro exuſtis
à ditionibus Leodienſi atque Loſſenſi,
ſumma ducentorum & viginti milium
coronatorum exoluta eſt cui compa-
randæ, chiſiæ ſolito valentiores indi-
ctæ ſunt, menſibus viginti & diebus
ſex menſe autem Februario Moſa apud
Leodium ſic iterum excrevit, ut in
aditu templi. quod gradibus imminet,
aquæ perſtarent, pontemque lapideum
atque ædificia multa abſorberent. Præ-
terea rebus utcunque florentibus &
Sigiſmundo rege Hungariæ Aquiſgrani
in Romanorum regem coronato, anno
ſalutis milleſimo quadringenteſimo
quatuordecimo anno ſubſequenti pri-
die natalis Chriſtiani, poſt cantatas
veſperas Leodium advenit, & accito
Antiſtite, quum ad audiendū divinum
officium

officium Chriſtiano affectu aſpiraret. horæ iterum recantatæ ſunt, & ille ad Antiſtitis latus decumbens, multa devotione, ejus diei beneficium agnovit. Quo anno quum Gulielmus Bavarus obiiſſet, Hollandiam Antiſtes oppetiit, & Dordraci in Dominum temporalem admiſſus, menſe Novembri opidum Gorcomicum auxilio Gelrorum obtinuit. Inſuper anno ſequenti menſe Majo, ad Concilium Conſtantienſe miſſis oratoribus, adminiſtrationem quam annis viginti octo poſſederat, Pontifici ibi eligendo, diſtribuendam commiſit. A quo cum Hypodiaconus eſſet, ordinis diſpenſationem implorans, Commatri ſuæ, Duciſſæ Lutzemburgenſi, relictæ Antonii quondam Duciſſæ Lutzemburgenſi, relictæ Antonii quondam Ducis Brabantię, matrimonio ſociatus eſt, & poſt ſe ſucceſſive duos vidit Antiſtites. Quem nonnulli veneno periiſſe, plerique vero adeo plagatum ſubitanea morte aſſerunt, quod tot mortibus vendicatum Pontificium, tam ſubita atque vili occaſione omiſerit. Obiit an. ſalutis 1424, nonis Ianuarii, ſepultus in Haga-Comitis, in cœnobio fratrum inſtituti prędicatorii. Floruit ſub ſchiſmate eccleſiarum. Imperantibus Ladiſlao & Sigiſmundo. Quo deficiente, patriæ Interrex Dominus Everhardus à Marca, inſtitutus eſt.

Quin-

Quinquageſimus primus Antiſtes.

IOannes à Waldenroda Archiepiſcopus Rugenſis & utriuſque juris Doctor, Conſtantiæ à Martino V. Pont. Max. Bavaro ſuffectus, ſplendido equitatu Leodium ingreſſus eſt anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo, XVIII. Qui civium immunitates, quæ ſub Bavaro intercideraut, ultro Leodiis condonans, veri in omnibus paſtoris officium exercuit, ſolitarius ſæpenumero hymnos ac pſalmos canere ſolitus, mente pariter modulatus magno in ſolatio lacrymas liquabat. Deinde quicquid hodie Antiſtites ſuffraganeis ſuis agunt, id omne per ſe efficere malebat. Vnde & prophana munera (quæ ſcabinatus & præfecturas pagorum vocant) non precio, at merito diſtribuebat, ut Senatum Leodinum dum ſub ſe vacaret, delecto viro optimo, gratis conferret, juſtitiæ que ſemper memorem eſſe admoneret, adeo ut hac parte omnibus, qui eum præceſſerant longe præponendus eſſet. Fama tenet eundem, quum forenſibus præſideret, & vidua cum Equeſtris ordinis viro contenderet, cui opibus inferior erat, apertis verbis coram redarguiſſe, oportere magnatem præſidio eſſe, non oppreſſionem meditari pupillorum ac viduarum, quam ſententiam plerumque (nobiles compellans) in ore velut oraculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

geſtabat,& nobilitatis ſuæ unumquemque fœneratorem fieri beneficentia cohortabatur. Quæ ſalubria atque frugifera multo amore adhibens, in eos incidit,qui nec vitia ſua, nec remedia pati potuerunt: quinimo commixta potione venenis ei mortem intentaverunt. Obiit in pago Alkenſi adminiſtrationis ſuæ menſe decimo, tertio Kalendas Iunias. Floruit ſub Apoſtolico Martino V. Imperante Sigismundo. Exedificatum eſt Monaſteriũ Reguliſſarum quæ ſe Canonicas appellant,in ſuburbio D. Trudonis, & in patriæ interregem, D. Everardus magni ſemper habitus, ſecundo electus eſt.

Quinquaſimus ſecundus Antiſtes.

IOannes filius domini ab Hynsberch, Lewenburch Archidiaconus Campiniæ,forma integra, & ætate viginti trium annorum, debitis ſuffragiis electus anno ſalutis quadringenteſimo decimo octavo, decimo ſexto Kalendas Iunias, & Florentiæ à Martino V. confirmatus, ſpectaculis atque proſceniis publice inſtitutis, genitoris ſui atque Ducis Cliviæ,magnatumque comitiis ſtipatus, quarto Idus Septembres Leodium ſubiit, & curioſis, de ſe liberalitatis opinionem objiciens Sirenen ante palatium conſtituit, quæ triduo è mamillis velut lac ſtillabat,hac promanante vino rubeo, illac candido. Qui

menſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

menſe Decembri ſacerdotio accepto, ſequenti anno ad medium quadrageſimæ per ſuffraganeos atque Abbates, Leodii in Epiſcopum conſecratus eſt. Præterea anno delapſo, adventante Branda Cardinale Placentino, menſe Iunio, quaſi nobilitatis avitæ candidatus, cum Magnatibus territorii adverſus Bohemos, cruce ſignatus eſt, & cum Archiepiſcopo Colonienſi, imperiique electoribus eo contendit, hæreticiſque in perfidia perſeverantibus, nobilium ſuorum re Dux expectatiſſimus advenit. Deinde anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto, inſtante Paſcate, Coloniam Agrippinam profectus, Synodo Metropolitanæ interfuit, & ſtatuta fidelibus monimentis Leodium adferens, quum Collegia ſeipſos corrigere, quam ab aliis corrigi mallent: ſua decreta valuis affixerunt, quare in moribus, nulla aut exilis alteratio ſubſequuta eſt. Proinde in Brabantia quam libentiſſime converſans, toto illuc animo ferebatur, & vernaculorum atque familiæ decore, ſupra modum gaudens, multa hilaritate atque ludorum remiſſione adoleſcentiam exigebat. Cum primis autem Philippi Brabantiæ Ducis contubernio intereſſe gloriabatur, quicum caſtrenſia exercitia frequenter exercebat, placitaque omnia tranſigere liberum fuit. Vnde ſub ipſis diebus Bacchanalibus an. ſalutis 1429. cū Joanne Comite Namurcenſe eo advolavit, & tali

voluptate

voluptate oculos atque animum paſcens, ad quartum uſque nonas Februarias, ſpectator inſatiabilis adſtitit. Interea emerſerunt latrunculi è Namurcenſibus, & arcem Boviniæ finitimam, quam Dionenſes conſtruxerant, tacito conſcendere in nocte moliti ſunt. A qua expugnanda vigilibus attente ſollicitis dum ſcalis innixerentur, eaſque everterent: ſaxorum fragminibus, omnes repreſſerunt. Qua de re Dionenſes coactis civium copiis, in præſidium venientes, totam propemodum gentem Leodinorum commovere, & in Namurcenſes, derivare odium atque inimicitias ſategerunt. Igitur motis caſtris, XIII. Kalendas Auguſti, Leodini ad locum quo Dionenſes ſæpe caſtrametati fuerant, pervenerunt, ubi familiaribus uſi colloquiis, ordinaverunt ſimul junctis copiis, oppidum expugnare. Cives vero verſa vice aſſiduis eruptionibus, eorum exercitum pro viribus conterebant, ut non niſi in agris atque Coloniis populabundi, omnia vaſtarent. Cumque illi Comite ſuo orbati eſſent, ubi arma increpuerunt, atque micantes fulſere gladii: horror eos ingens perſtrinxit. Quapropter Philippo, qui demortuo Ioanni in Comitatum ſucceſſit implorato, quum incurſionem violenter tuliſſet, Leodini domum ſe recipientes miſſis de pace in Brabantiam nunciis, componente rem Antiſtite, Ducem multis milibus florenorum placaverunt.

Nam adeo munificum ſe Antiſtes offerebat: ut in omni apparatu plerumque primatum obtineret, anno quippe ſalutis, 1435. undecimo Kalendas Octobres cum ducentis viris magnatibus in Atrebatum profectus fœdus ſanxivit inter Carolum VII. Franciæ regem, & Philippum Ducem Brabantiæ, ubi de nece patris ejus Ioannis reconciliatione facta, ducentis albis equis, albiſque ſeſſoribus, veſtimentis eorum gentiliter rubeo implicitis, omnium admiratione ſpectandum ſe exhibuit. Quod idem fere adjectis ſuperiori numero quinquaginta equis in Aquiſgrano, dum ibi Frædericus III. coronaretur, illuſtri monimento intuendum exhibuit & ſplendido apparatu, ditionis ſuæ potentiam jactavit. Tametſi magnificentia ejus hoc erit argumento evidentior, anno enim, 1000. quadringenteſimo quadrageſimo quarto, iter Hieroſolymam verſus aſſumpſit, at dum litteris, quibus liberum aggreſſum precabatur, titulum Ducatus Bullonenſis admicuiſſet, peregrinationem Turcis ſuſpectam reddidit, neque ultra penetrare admiſſus eſt. Vnde à Venetiis reditum in patriam, maxime quia illic morbus eum invaſerat, acceleravit. Nam longe poſt Rochefort & Agimont caſtra rebellantia obſedit: & ſtatuta ſynodalia in libello eccleſiarum digeſſit. Cujus reditu cognito Ludovicus Thuſſenus atque hujus frater germanus, animoſitatem re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

formidantes de morte intentanda cogitaverunt: & in via qua Trajectum aditur, poſitis inſidiis, dum ad primam auroram excitus, eo conceſſit, Minorita quidam, ſub cuculla arcum celans ad invadendum Antiſtitem ſubornatus eſſet: miſer, dum jaciendo fieret exanimis tremore reatum ſuum patefecit. Fama erat, per aliquot noctes latrunculos ibi euntium ac redeuntium quaſi ad placiti colloquia nunc hic, nunc illic turmas feciſſe: verum quid ſibi vellent, nunc primum compertum fuiſſe. Nam de conjuratione æſtimatio habita eſt, & ille captivus Leodium deductus, publica carnifica in forum ſita, de ordine diaconii exauctoratus, capite truncatus eſt, & in rotam ſublimiter appoſitus, deinde alii in quatuor partes vivi ſecti, in portis civitatis teſtimonium culpæ adhibuerunt. Hac tempeſtate Trajectenſibus male convenit cum Antiſtite, cujus Satrapam Odulphum haud quaquam præeſſe ſibi voluerunt, quem & anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, è ditione ſua proſcripſerunt. Quos ei conciliare ſemel atque iterum laborans, dum perſuaſionibus nullis à propoſito digredi vellent prælium aut tumultum metuentes, civitati ſuæ proſpexere. In quos ſævire Antiſtes diſponens, à Leodiis rogatus, aliquandiu diſſimulavit: donec Philippo à Ratiſpona reverſo, dies Lovanii indicta eſt, qua cauſa facile deſcindi poſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Ceterum Ducem faventiſſimum experti, in ejus patrocinii monimentum, quatuor Leones, Brabantorum inſignibus ante cæmiterium Servatianum conſtituerunt, & affectus ſui erga Ducem quaſi judicem fecerunt. Sed quid attinet cauſis infra mediocritatem poſitis immorari? Deinceps enim quaſi in meditullio, rerum Antiſtes devolutus eſt, & Brabantis nimium fidens, demum ſenſit, quo ſumma rerum deveniſſet. Nam Duci addictiſſimus quum Namurci dominium in ſe transferri exoptaſſet, inventa conditione, ajunt fuiſſe aſſequutum, ſi viciſſim precibus Ducis morem gereret. Opinio eſt multorum Ducem petiiſſe Archidiaconatum Campiniæ, quem dum imprudens horum alteri impendiſſet, illeque adjiceret, velle ſe præſtantius beneficium brevi conferre, quum ſecundum ab Epiſcopatu iſtud eſſet: in hoc ſolo ſpes hæſit, & de auferendo Pontificio laboratum eſt. Miſſis igitur ad Antiſtitem litteris, ille neſciens ſubeſſe dolos (qui tamen à primoribus territorii admonitus eſſet) neſcio quo pacto faſcinatus, juxta Ducis deſiderium, Brabantiam adiit. Enimvero (quia hac in re parce ſcribendum eſt) abſque titulo Epiſcopi ad nos rediit: quem ſe Duci libere condonaſſe, quum à Canonicis rogaretur, falſo profeſſus: ubi tandem facti pœnituiſſet eos poſtea, dum lacrymis etiam conſiſtorium repleret: revocare non potuit. Floruit ſub

Apo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Apoſtolicis viris, Martino V. Eugenio IV. Nicolao quinto, & Calixto III. Imperantibus Sigiſmundo, & Frӕderico III. Cujus temporibus Cœnobium Regularium Tungri inſtitutum eſt, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto. Et Collegium virginum tertii inſtituti D. Franciſci, anno quadrageſimo octavo.

Quinquageſimus tertius Antiſtes.

LVdovicus Borbonius, aulæ Brabantiæ primas, claro hinc ſanguine reges, inde Duces avos contingens, facundia dulcis, ſpecie nitens, animoque ſagax, Philippo Duci amantiſſimus, nempe in quem beneficium tantum contulerat, à Canonicis admiſſus eſt. Qui humanitate ſpectatiſſimus patrocinium omnibus plane præſtabat, & quum plurimæ inter Leodios altercationes haberentur, medium quoddam tenebat, quo in alterutram partem nullo modo inclinari videbatur. Cujus ſermo plenus ſententiis, & innata benignitas artem quandam in moribus adhibebat. Excidebat enim nullum tam crebro quam clementiæ verbum. Nam quum Trudonenſes, Tungari & opidani vicinarum civitatum, rapacitatum atque fraudum pertæſi, civile bellum erga advocatos, ſcribaſque ſuſciperent: & res jam in tumultum exiſſet, ut mutuo condicentes, occupatis eorum domiciliis, eos è civita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

tibus propellerent, quum in Tungri vexillum viri viridis ſublevaſſent: ſeditionem magna prudentia ſedavit, & utrimque exauditis partibus, Cauponationi Cauſidicorum, & populi furoribus leges præſcripſit. Cumque nuſquam benigne illius verba audita eſſent, adeo omnes ſimul ſpernebant, tantam in medio creſcentem molem, & ſibi ac poſteris ſuis metuebant: plæriſque rogantibus demitti, inculta ruſticitas ægre id paſſa eſt & ad vim res ſpectare cœpit, cæterum multas cædes magnates impediverunt, ſeorſum Dominus à rivis, & ab Here, vir conſiliis auxiliiſque valentiſſimus. Qui apparitor inſtitutus conſertis manibus, quum vulnera & ſauguis ſpectaculo eſſent, colluviem hominum factioſorum ſic humiliavit, ut ſe inglorie ſubducerent. Antiſtiti autem tranquillam vitam ducere haud oportunum fuit: qui jam in Trajectum, jam in Brabantiam degens, multum ſibi proſpicere ob æmulationem debuit. Licentius enim quam res patiebatur pleroſque exilio damnaverat, & aliqnot etiam Magnates criminatus eos cum bonis proſcripſerat quæ omnia mortem ei conciliabant. Nam Brugis defuncto Philippo Duce Burgundiæ, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo menſe Iunio, quum Hoyum rediiſſet, publico marte adverſus eum decertare auſi ſunt, & Hoyum obſidere, teſte Nauclero, cujus verba hoc

loco

loco fidelius recenſere quam propria maluit. Quum Hoyum (inquit) ferociſſime oppugnarent, pontifex clam dilapſus eſt. Et Epiſcopo Carolus Burgundiæ Dux affinitatis cauſa ſuccurſurus, miro in Leodios concepto odio, copias contrahit, mittitque per inſigniora ſuæ ditionis loca, bellum indicere. Qui autem id negotii exequebantur, una manu exertum gladium, altera facem ardentem gerebant, hac re ſignificantes Leodiorum gentem igne ferroque à Carolo perdendam. Fuiſſe conſtat Leodios Francis jam diu conjunctiſſimos, eorumque amicitiam ſemper ſequutos, quam ob rem Ludovicus rex ſuppetias eis ferre conſtituit, ſimul ne ex eorum ruina, gloria Burgundiorum vires accenderet. Mittuntur ejus rei cauſa quadringenti Equites, cum ſex ſagittariorum millibus. Dum autem Vernonæ ageret Ludovicus S, Pauli Comes, Conſtabularius à Carolo Burgundo ad eum venit. qui multa de Burgundo atque Leodiorum gente commemorans, ſex tandem menſium inducias, Leodiis poſthabitis, Burgundo impetrat. Porro in delegatione quid actum fuerit, ex ipſis induciis intelligi poteſt Leodios videlicet falſis ſuggeſtionibus à Ludovico deſertos, & Burgundo permiſſum miſeram gentem bello perſequi. Quæ cum auxilio ſe deſtitutam intelligit: non aliter cum Burgundo paciſci poterat, quam quo ingentem illi pecuniam perſolveret,

muroſq; & turres civitatis ſuæ, aliorumque opidorum diruerett. Qui ad pactum hujuſcemodi cunctantes, copias Caroli prodire experiuntur, & obſeſſa civitate quam arctiſſime facta deinde inter cives diſcordia, pars per unam portam exivit, & ſe in urbem gratiæ ejus dedit, pars vero per alteram, demiſſis urbe ac bonis aufugit, & ad Ludovicum Franciæ regem præſidii cauſa pervenit. Obtenta hoc modo per deditionem civitate, Dux Carolus civibus mandat ut turres omnes, muros & antemuralia demolirentur, non modo urbis, ſed & opidorum ſubjectorum. Deinde Leodiorum arma omnia, machinas tormenta, bombardas, & quicquid bellici apparatus habebant, in urbe ac ſubjectis locis abſtulit. Nec his ſatiatus, eos ut ſibi ſolverent trecenta millia florenorum, ſacramentis adhibitis obligavit. Tametſi Romanus Pont. ob dejectionem Epiſcopi ſui, Leodienſes cenſuris Eccleſiaſticis innodaverit, cognita tamen eorum ſummiſſione, & exulum ejus civitatis querela, graviſſimaque contentione, eos ad concordiam omnino revocare cupiens, Tricaricenſem Epiſcopum Legatum, eo miſit, qui interdictum ſuſtulit, eoſque Duci reconciliari conatus eſt. Noluit autem Dux aliquid remittere de impoſitione prædicta, tametſi ſolvendo non eſſent, ſed & exulibus regreſſum dare liberum ad ſua fertur negaſſe. Quæ ſeveritas a multis improbata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

improbata dicitur, & tyrannidem plane præ ſe ferebat. Dedit enim deſperatis novæ rebellionis occaſionem non modicam. Igitur factum eſt ut dum rex Ludovicus copias contra Ducem inſtructiſſimas haberet, & Dux Peronæ ageret, rati Leodiorum exules, tempus eos juvare non ſine conſilio regis (ut fertur) propere ſe ad iter accingunt, & Leodium quadam nocte jam armis ac propugnaculis nudatum, haud magno negocio ingrediuntur, pulſoque Ducis præſidio, concives ſuos ad libertatem reſumẽdam induxere. Moxque civitatis ſtatum ordinantes, muros erigere ac reſarcire ſatagunt. Reditus iſte ubi divulgatus eſt, totam terrore provinciam complevit. Erat enim ob expeditionem Ducis propugnaculis exhauſta. Leodii inde hoſtem aggreſſuri armantur, & poſtridie centum ſupra mille viri intempeſta nocte opidum Haſſellenſe muris nudatum, per notos ſibi aditus irrumpunt, ædes perfringunt, præter expectationem omnium, fitque clamor atque trepidatio, fuga ſalutem quiſque, non armis quærit. Elapſi ſunt beneficio noctis plurimi, capti nonnulli, inter quos Legatus Apoſtolicus, una cum Antiſtite Leodiorum inventus eſt. Erant in eodem opido armamenta fere omnia, quibus Leodini per deditionem ſpoliati fuerant, quæ una cum triumpho, Leodium tranſportant. Auxit hæc res animos civium, & ad indubita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

tam recuperandæ libertatis ſpem erexit, maxime quum recenſuiſſent tantis Ducem implicitum negotiis, ideo converſi mox ad conſtructionem murorum, propugnacula erigunt, debiliora loca muniunt. Et quum die noctuque operi incumbunt, inter regem (in quem omnem ſuam fiduciam collocaverant) ac Ducem, pax concepta eſt arcana, & cunctis admiranda. Pace facta indignabundus Dux properat cum exercitu, de Leodiis vindictam ſumpturus, cum quo Ludovicus Rex tanquam ejuſdem expeditionis ſocius ultro venit, urbem obſidione cingunt. Exivit conſentiente populo Leodinus Antiſtes placandi Ducis cauſa, nec tamen profecit. Iurante Carolo, non prius civitati parcendum, niſi cives & urbem ſubegiſſet. Denique Antiſtitem apud ſe ne rediret detinuit. Occupata fuerunt paſſim oppida D. Trudonis, Tungris & alia, donec Leodii, qui ſe magno liberatos malo credebant, mox è ſpe maxima in deſperationem extremam ceciderunt. Itaque de rebus ſuis deſperantes, civitatem egreſſi hoſtem adoriuntur, captos ſine miſeratione mactantes. Porro ubi obſidione ſe angi conſiderarent, ad primam oppugnationem primores urbis utcunque potuerunt, elapſi aufugerunt, relictis in civitate mulieribus & plebe incompoſita, religioſis quoque & infantibus. Ergo irrumpentibus fortiter Burgundis, Ludovicus (ut refert

fert Gaguinus) primum, deinde Burgundus civitatem intrat, fitque mox paſſim occiſio & ſtrages, virginibus vis ac religioſis mors infertur, neque indulgentia ulla militum in pueros fuit, quin etiam ſtupratas à ſe virgines crudeles ſatellites jugulant, ſacerdotes eadem hora in templo rem divinam facientes, gladiis periere, nec ſatiatus eſt inhumanus hoſtis tam multa cæde, prædas ex omni civitate, & ex templis ſacrilegia fecit, incenſa poſtea urbe & direptis muris, quorum ruinis foſſas æquavit, & collegium ſummum in ſtabulum equorum convertit. Quæ omnia acta ſunt, anno ſalutis 1468. res profecto ſi à me ſolo ſcriberetur, multis incredibilis, nunc quia ſcriptorum atque ſenum noſtri ſæculi teſtimonio conformis eſt, à vero haud diffidere, æſtimanda eſt. Fecit hæc ingens enormitas Burgundos perpetuo Leodiis odibiles, & ſucceſſu temporum, deficiente apud Nanſium Carolo anno ſalutis 1477. ſeptimo Idus Ianuarias, inæſtimabiles parturivit tragœdias, ut proceres claſſici facile vulgi ſuffragiis imperium etiam detrectare præſumpſerint, & urbe utcunque inſtaurata, & florentibus rebus, anno ſalutis 1482. dum Francorum rex induciás & ſubinde pacem hoſtibus conceſſiſſet, Domino Gulielmo Arenſburgo Capitanæo primæ militiæ, audaciſſimo plane & factioſiſſimo, demiſſi exercitus robur concredidit,

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

quo fretus Gallis, & ad ſe exulibus confluentibus, Antiſtiti negotium faceſſere aggreſſus eſt. Quem Hoyum adventare credens, corraſo undique territorii ſui atque Brabantiæ milite, eo loco operire non formidabat, ſed dubie pronuntiantibus de ejus adventu Hoyanis, ſubito Leodium adveniſſe vulgatum eſt. Quo rumore conſternatus, ubi ad ſe Antiſtes rediſſet, coactis legionibus & in navim delectis Sagittariis, ſeu de paucitate ſuorum diffidens, ſeu Francorum inſidias pertimeſcens, ſuis per terram remiſſis, ipſe Leodium conceſſit, moxque falſo delatum rumorem deprehendens, ſigno campanæ bellicæ ſe adveniſſe conteſtatus, mane hora quinta primum ſe quieti dedit, ſed circiter nonam ſubitis rumoribus excitus, quum magiſtratus duobus tantum paſſuum millibus, hoſtem à civitate abeſſe confirmaret, vocata in forum concione cives prandere, & ſecum à prandio, hoſtibus obviam procedere hortatus eſt. Interea Ioannes Horneus adoleſcens (ſi quis inter Canonicos alius) ætate, viribus, animo pollens, manipulum equitum (quem Leodii ſtanderum vocant, & in extrema neceſſitate ſummiſque periculis aſſumunt) audaci manu arripuit, & magnanimitate ſua univerſos permovens, medius inter utramque armaturam equitavit. Porro inconſulte civitatem egreſſus Antiſtes, huc illuc divertens atque inſidias ſubeſſe ſu-

ſpicans,

ſpicans. quum in planiciem neminē prodire, proſpiceret, demum audaciæ pænituit. Quare ubi perplexe reditum meditaretur, à pleriſque malitioſe inſtigatus, quum promontoria oppeteret in ſuam ipſius mortem proruit. Nam inſequendo per abrupta montium pergebat, donec ad campeſtria prata è quibus profugere non liceret, deveniſſet, ibi deficientibus à ſe nonnullis, quum res maximo exercitus diſcrimine aliquantiſper ſtetiſſet, emergentibus velut cuniculis quibuſdam, Francis, Suævis, Alemannis, Guaſconibus, Leodiorumque exulibus, inter rapidiſſimum alveum & ſylveſtria concluſus, militis cujuſdam manu ſacrilega interfectus eſt, & in civitatem delatus, plurimis quidem occiſis, cæterum equitibus perniciter fugientibus, Victor Arensburgus, civitatem pariter invaſit, & juſte occiſum Gallica oratione cauſatus, beneficium quoque ſepulturæ demeruiſſe Antiſtitem contendit, quippe cujus cauſa tot ubique magnates, atque cives proſtrati, ſepulchris indigni habiti fuiſſent. Quaſi vero immerito civitas tam inclyta eum ſepeliendum exciperet, cujus toties incendium, atque perniciem machinatus fuiſſet. Inter quæ verba hiſpidæ barbæ prodigioſus portitor, ſæpe ingemiſcens, & negotium tam diu neglectum artificio exprobrans, ſe veniſſe in civitatem non ob aliud, quam ut illo confecto, Leodios libertati reſtitueret, ſa-

cra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

cramentis pluribus comprobavit. Vnde & ſecundo die militibus, ne cuiquam injuriam irrogarent, quinimo civibus præſidio eſſent, horrendis pœnis inhibuit, quos ut à diripiendo magis compeſceret, duo in foro patibula conſtrui juſſit, quibus impius quiſque ſuæ temeritatis pœnas penderet. Sic in hunc modum publicitus ante Eccleſiam cadavere exhibito, vulnere adhuc tabido, pridie Kalendas Septembres mediocri cultu in Collegio D. Lamberti ad aram majorem ſepulturæ traditus eſt. Quem annum Leodiis infœliciſſimum fore Ioannes Laet Loſſenſis Aſtrologus, Prognoſtice ſignificaverat. Enimvero fame peſtilentia, bello omnis turbata ſunt, & effectu ſuo omnium opinionem mala ſuperaverunt. Quandoquidem Kalendis Septembribus electionis dies indicta eſt, & paucis Leodii manentibus Canonicis, quum maxima pars in Brabantiam fugiſſent, metu pariter & officio qui remanſerant, inducti ſunt Ioannem Arensburgi filium, Canonicum ſummi Collegii, nec dum ſacris initiatum, Antiſtitem decernere. Quo confirmando plurimum laboratum eſt: & nihil aliquandiu ab Pont. Max. reſcriptum, quam ob cauſam, aliis irrumpentibus negotiis, hac parte ceſſatum eſt, & Maximiliano Brabantiæ Duci, omnia hoſtiliter agenti, occurſiones paratæ. Is enim demortua Maria Conthorale ſatis præmature viduo thoro degens,

gemino malo conſternatus, immanitate ſceleris terque quaterque execrabatur: & civitatum ſuarum affiſtentia fretus: magna expeditione oppidum D. Trudonis obſedit. Quod promiſſis atque oratione, non armis aut aliqua virtute evicit: ut eo quaſi latibulo quodam, uteretur, quo in patriam omnem oportune excurreret. Haud difficile ergo Brabantus, Loſſenſem agrum populatus eſt & oppidum civibus atque bonis vacuum evertit. Deinde Tungrim obſidere proponens, quum Arensburgum alicubi inſidiantem audiſſet: conſilio mutato in Haſletum copias coëgit. Ibi paſſim occiſis atque vulneratis quingentis viris prædam opimam abſtulit. Igitur hac potitus victoria ſuperiorem ſe ratus corraſo undique gregario milite, Iecoram tranſmittere, & Hasbaniam invadere, atque Leodium oppugnare contendit, quod obſidione cingens, quum operam infeliciter ſe locare perſpiceret, ad Tungrim ſeſe demiſit. Porro maximo fremitu tormentorum, mœnia atque ædificia perturbans: cives ad deditionem perduxit, & non multo poſt ad propria remeavit. Interea domeſtico tumultu civilique bello paſſim concertatum eſt, his Arensburgo, iſtis Brabanto, illis neutri addictis, ut magnatum atque mediocrium familiæ, parricidiis, ſtragibuſque ſeſe inſectarentur, & bonorum inimici, patriæ hoſtes, latrones provinciæ, ſcelerum fœdere ac nepharia

ſocieta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſocietate conjuncti, maximo diſcrimini regiam exponerent. Maxime quia Arensburgus jam aberat, & oppidum Landen adortus, impetu atque dolo invaſerat. Qui ad feſtum D. Catarinæ noctu Brabantorum legiones adortus, dum eas in campis Bombardarum jactibus inſtructos, nimium ſibi fidere agnovit: ſubito irruens, ſupra quingentos occidit, & prædam ablatam faucibus excutiens, plures captivos in Leodium abduxit.

Quinquageſimus quartus Antiſtes.

IOannes Horneus, filius Comitis ab Horne, Adoleſcens ſtatura juſta, vultum ſitumq; corporis cum animo componens, genuinam primis etiam annis conſtantiam præ ſe ferens, laudis ac mulierum amans, æris prodigus, animo tamen præceps, & in ira modi neſcius, conventu Canonicorum Lovanii congregato, quum Iacobum Croyum nonnulli elegiſſent, comparatis utriuſque in patriam meritis, hac conditione prælatus eſt, modo huic ex proventibus pontificiis quotannis tria milia aureorum penderet. Quapropter Arensburgus Comitatum Hornenſem frequenter incurſans, miſeranda afflictione ditionem attrivit: & Leodini pariter fere biennium inteſtino bello Limburgenſes inſectati ſunt. Quibus dum Trajectenſes ſuppetias ferrent, caſtrumque Zichemium atrociter obſide-

obſiderent, Everardus à Marca, robore Leodiorum armiſque fretus, obſidionem ſolvit, & jactanticulos cives uſque ad civitatis ſuæ mœnia multa in eos ſtrage bachatus adegit. Nam eo honoratiſſimi quique prælium inſpecturi, ſandaliis proceſſerant: quos in ſoccos domum recurriſſe, plurimi etiamnum ridere ſolent. Interfecti ſunt non minus quingenti viri, præter eos quos captivos Leodium deduxit. Poſtridie vero Arensburgus cum Hoyanis Leodiũ appropinquans, impendio dolebat, hac occaſione non ſe factum iri civem Trajectensẽ, dum portas irrumpere potuiſſet. Qui anno ſalutis 1483. caſtrum Holloniæ obſidente Brabanto, & multa potentia undique Colonias coanguſtante, IV. Idus Ianuarias, omnium civitatum ac pagorum ſtipatus agminibus cum ſtipendiariis, quos cumulatius ordinaverat, in conſpectum hoſtium non longe poſitis caſtris properavit. Sed videns quod hoſtis nil moliretur, quin potius majora expectaret præſidia, repente ſuper eum irruit, eoſque potentiſſime in campis compoſitos: diu circum equitans, à claſſicis viris, ne nimium auderet admonitus, quum ex prioribus fortunis eventum belli faceret, jurejurando adhibito, ſe nemini ſuorum parciturum affirmavit, qui aliquem Brabantorum aut captivum, aut ſpoliatum abduceret, modo illum non interficeret. Quantum diſpendii hæc præcipitantia attule-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

rit: prælii exitus oſtendit, quando ſtragem immenſam facientibus Brabantis, undique vallatus exercitus, Bombardarum atque telorum emenſionibus anxie nimis & uſque ad mortem premebatur: nec Leodiis referiendi, atque cum eis confligandi dabatur copia. Quoties enim in eos acies impetum facere nitebantur, illi diſſolutis agminibus conatum illudentes ad diverſa ferebantur. Iterum Leodiis in caſtra ſe recipientibus, illi agmina ſua revocantes, rurſus circumcingebant exercitum, & inſtantes acrius quaſi obſeſſis requiem negabant. Factum eſt ergo, ut omnis ille exterorum ventus, vulgique colluvies, quæ armis, viribus & numero putabatur invincibilis, ſubito contrita corrueret, adempto è Francorum equitibus, illuſtri viro, D. Galhur Capitaneo, cum ſatrapa Emaliæ, cæteris optimatibus in captivitatem deductis, clariſſimo D. Commendatore Trajectenſis, D. Adulpho à Marca, Magnate à Streelhe, Gysberto Canneo, & non paucis aliis viris, quorum conſilio nunquam ita ad conflictum perventum fuerat. Tametſi hac proſtratione, ſuorumque fuga, Arensburgi fiducia nequaquam debilitata ſit, quinimo, iterum ac tertio in turmas involans, non niſi ſummo proſpecto malo, ab invaſione divelli potuit, & paucorum adeo redux, cum hoſte nunquam paciſci in mentem induxit. Canonicis enim atque magiſtratibus Leodii de pace contre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

trectantibus, dum illorum acerbe ad ſe aditum ferret: iique nihilo ſegnius eum urgerent, tædio pariter ac furore animi incenſus, Quintinum Burgimagiſtrum cum ſocio ante fores palatii, quo ſe continebat, interfici juſſit. Deinde etiam civem Hoyanum è diverſorio ſublatum, hac de cauſa in foro capite plecti: paſſimque alios pacis auctores: animadverti præcepit. In hac miſeranda rerum calamitate, diſcordia omnes civitates & pagos, domoſque ac limina cepit: ut quotidie homicidia exaudirentur & inimicitiæ, ut nemo ſe domum recipere auderet, ſed paſſim in templis homines pernoctarent. Neque tamen hic eis latibulum conceſſum eſt, adeo ut in oppido Herkenſi, cives inter ſe diſſidentes, magnam hominum partem ignibus comburerent, & in Baſilica Alkenſi Villanis confugientibus, pariterque in turri Aſpenſi, Trajecto finitima, ſummoto foco, loca ſacra ſuccenderent. Eoque proceſſum eſt: ut, D. Antonius Palandus ſeditione in Driapolim exorta, cives coërcere, & mœnia indeſinenter obſervare debuerit. Et paſſim alii magnates ſuis domiciliis providere. Perpendebant namque Brabantorum copias adepta tam inſigni victoria magis excreſcere: quæ ſe proxime in Hasbaniam derivare, deinde etiam Leodium oppugnare diſponebat. Quæ diſcrimina ſatis tempeſtive Leodiis proſpicientibus, ſuburbia quibus iſti ſe ſal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

vare credebant, partim exuſſerunt, ut vix à Monaſterio D. Laurentii etiam temperatum ſit. Quod plerique dato ſtudio incendi curarant, ſed præſidio magnatum à Marca, ſacrilegi conatus impediti ſunt. E quibus Leodiorum ingenium admiratus Maximilianus copias alio deduxit, Tungrimque cujus nuper ſitum, fortitudinemque exploraverat, obſidione vallans, paucis diebus in deditionem accepit. Quam glorioſus victor ingrediens, cives Antiſtitem Horneum amplecti multa veneratione compulit. Deinde XIV. Kalendas Martii, omni expeditione oppidum Bliſiæ hac parte obſedit, dum illac arcem (quæ prominebat) expugnarent Trajectenſes, obtentamque ferro ac ſigne vaſtavit. Hac tempeſtate Namurcenſes frequentibus aggreſſionibus Hoyum angebant & civitatem obſidione cingentes, aliquamdiu oppugnabant, quos Everardus à Marca & Arensburgus crebris excurſionibus fatigantes, inglorios abſcedere fecerunt. Quorum adventu cognito, animoſitatem hominum bellicoſiſſimorum reformidantes, obſidione ſoluta ad propria amigrarunt. Interea miſſis utrimque de pace nuntiis, induciiſque ad octavas Paſcæ datis, aliquamdiu concordia ſtetit, donec Fredericus de Weethen & Capitaneus quidam Hoyum advenientes, ab Arensbur-

go, rupto fœdere, captivi in Leodium deducebantur. Quorum captivitate populares & potiſſimum Villani, animo fracti velut intabuerunt, nimirum quum facillimum intellectu foret, bellum truculentiſſimum, jam jamque inſtare. Quod parvus Falſar Gallice nuncupatus (Le petit Falſar) fortiter excitans, armigeros Hoyanorum atque ſtipendiarios Arensburgi, in Namurcenſem agrum deduxit. Deinde per Campiniam multis damnis illatis, ad oppidum Peér, quo omnes fere ruſtici confugerant, hoſtemque expectabant, ſpatioſe exercitum dividens appropinquavit. Cumque templum fugam ſimulantes, ceu aſylum oppeterent, aſtute plebeculam bene armatam conſpicientes, arte magis quam armis ſuperare volebant. Vnde fidelitatem eis atque libertatem polliciti ſunt, dummodo Arensburgo oppidum reſignarent: qui neſcientes tam prope fore ſubſidium, conditionem ſuſceperunt, ſed armatorum ſubito adventu cognito, quum nihil jam mutare poſſent, a præliatoribus fortiſſimis impediti, quum commiſſo bello ex more inter præliandum, qui Arensburgo adhærebant, clamarent: exanimes facti, prælio pene omnes copiæ pedeſtres periere, occiſis ex Campinienſibus circiter mille quingentis viris, adeo ut fraude Capitaneorum omnis pene Campi-

nia concideret, & nunquam in tam ancipiti bello, tot homines ſimul è noſtratibus proſtrati fuerint. Antiſtes igitur quum caſum hunc, & miſerias omnes Maximiliano atque amicis proponeret, plurimoque luctu civitatem Trajectenſem a ſe deſciviſſe magna ex parte conquereretur, adjutorio Brabantorum eo confluxit, brevique ſpatio ſic cives permovit, ut ad Ducem auxilii gratia recurrerent eumque intra ſuos muros exciperent. Ex quo Arensburgum facile urgens, multis afflictionibus attritum, ſuum ſtipendiarium fecit, pacemque univerſalem Antiſtiti conciliavit. Quam ſtatim ſequuta eſt vehemens peſtilentia, quæ Brabantiam & omne Leodienſe territorium, vigore ſuo diſſipavit, & propemodum extinxit. Cumque confirmatio Hornei jam primum expedita eſſet (hactenus enim Croyus patrocinante ſibi in omnibus Cardinale S. Clementis, ſuſpenſam in urbe ſententiam detinebat) quam mortuo eo Ro. Pont. huic benigne transfudit. Qua propter Arensburgus amplius hujus excluſionem meditatus eſt & omnia hoſtiliter incurſans, ditiones multas uſurpavit: donec per arbitros inter eos fine aperto marte conventio facta eſt, & Antiſtes civitates cenſuali titulo ſubjugavit, quas ad priſtinam juriſdictionem multis laboribus reduxit, anno igitur ſalu-

ſalutis 1484. equitatu magnatum à Marca, Arensburgique Comitiis, atque civium turmis obviam procedentibus, Leodium introductus eſt, ibi maxima neceſſitudine eos ſibi devinxit, ut noctes plurimas uno in lecto ipſe & Arensburgus pariter tranſigerent, obſoniorumque condimentis mutuo indulgerent, & individua familiaritate invicem conjungerentur. Verum hæc omnia Antiſtes falſo faciebat, ut facilius tantum Herculem opprimere poſſet: quod ſequenti anno evidentioribus ſignis oſtenſum eſt. Convenientibus enim Antiſtite, Comite Horneo, & Philippo à Montegeis (qui fratres erant) in oppido Trudonenſi remiſſione ludorum, cœniſque dubiis certantibus hora poſtmeridiana, aut palmarum ludos tentabant aut ad ſaltationem digrediebantur. Mox etiam, equos velociſſimos conſcendentes, dum ſe Philippus equitatu ſolatium quærere ſimulaſſet. Gulielmus pariter coequitans, agilitate omnes ſuperavit. Sed poſitis inſidiis inermem in campeſtri loco invadentes, aſſeclis deſtitutum compedibus ſtrinxerunt. Quis hic ſubeſſe aliquid doli ſuſpicatus fuiſſet? Cumque conſanguinitatis vocabulo nepotes compellaret, diuque rogaret, ne quoquo modo Trajectum adveheretur, vix reſponſis ac conſolatione illum dignati ſunt. Veſpere ergo ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

equitantibus lanceariis, concilio (ut fertur) Maximiliani avidæ genti exhibitus eſt, poſtridieque juſſu Antiſtitis eductus, quum illum è feneſtella reſpicientem, intendere ſuæ neci advertiſſet, perfidiæ & inhumanitatis inſimulabat. Deinde mortem magni conſtitutam prædicens, quum barbam in ora involviſſet, & verbis carnifici animum addidiſſet, cervicem tetendit gladioque ſuppoſuit. Qua ſtatim amputata, in Cœnobio Dominicalium, quum ejus confeſſionem Prior recepiſſet, ſepulturæ ad aram ſummam traditus eſt, tertio decimo Kalendas Iulias. Deſectus eſt & alter in quatuor partes Gisbertus à Ryckeel quem complicem in omnibus, maxime vero in cæde civis Trajectenſis, habuerat. Hic primum videas nova præliorum exordia, Marcios atque Arensburgos frendere, Magnates bilem ſtomachari, quorum conſiliis, ut occaſio fomentum addidit, ita extreme injuriam ulciſci, bellique curam ſuſcipere haud quaquam cunctati ſunt. Qui ſibi Everhardum Arensburgi Germanum, & Robertum nepotem Duces aſſumentes, copiis coadunatis, arces paſſim & munitiones fortiſſimas pagoſque diripiebant. Acceſſit Gisbertus Canneus hominum qui vivebant facinoroſiſſimus, qui in contione ad populum perorabat, animos fere omnium conciliabat, ſceleratorumque congregato exercitu, in omnem late provinciam expeditionem movit

vit. Robertus munitiſſimum Stochemii caſtrum excepit, & indomito illinc robore evolans, Trajectenſes crudeliter afflixit. Everardus opidum Haſſellenſe intercipiens, propugnaculis ſtabilivit: & inde Loſſenſem agrum militum immanitate vaſtavit. Qui omnes primo noctis conticinio per notos aditus opidum Trudonenſe irrumpentes, opidanos in ipſa coitione obviam factos trucidaverunt. Deinde Monaſterium & domicilia ſpoliantes, Abbatem filium Domini à Bergis, cum civibus compeditum, Leodium captivum deduxerunt. Subinde Canneus aſtu Curingiæ caſtrum adortus, facili opera occupavit, ſicque deinceps proprii exercitus educator, magno horrore provinciam concuſſit Leodiumque adveniens, quum alter Capitaneus Petrus à Rocha civibus formidandus eſſet, proximeque ſecum gloria decertaret, multa habitacula ſubito captivavit & in foro capite truncavit. Qui pari conſuetudine apud omnes agens, victor Sicariis imperitabat, nulli ætati, ſexui, gradui, dignitati parcere, tranſverberare parturientes uteros, in infantum viſcera animoſum ferrum capulo tenus recondere, canos rubeo ſanguine conſpergere, immeritos ſonteſque eadem crudelitate laniare. Vſque adeo ut in urbem Leodinam odio concepto, arcem in montem Walburgi, conjurationemque in urbicos firmare diſponeret, multis noctibus, multos con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

vocaret, armigeros Francos coacervaret, breviter, unam omnium perniriem meditaretur. Cumque tantis malis nemo contraniti auderet, pubes graviter id paſſa, in feſtis Paſcalibus Imperatorem ſibi delegit, & omnem apparatum fabricamque demolita eſt. Quod in parentes affatim regerens, die ordinata, expeditionem cogitavit. Sed ſubito clamoribus populi præventus, quum in foro concurriſſet, armatam plebeculam conſpiciens, faſtidire cepit. Deinde è templo in eos invaſionem dirigens, quidam è vulgo eminus è gradibus ejectum, in foro, complicibus terga vertentibus, extinxit. Qua potiti victoria, Abbatem Trudonenſem è cuſtodia liberaverunt, & de reliquis juſta ſupplicia ſumentes, perditiſſimos quoſque occiderunt. Poſt quæ Antiſtes Leodium properans, quum factum collaudaſſet, multum ſua præſentia favorem conciliavit. Interea Arensburgii Arduennam obtinentes, novas copias coacervabant, & Leodio obtinendo anxie laborantes, pontem amari cordis vulgo dictum, occupare conati ſunt. Sed civibus ad arma concurrentibus, hac ſpe quoque fruſtrati fuere. Quare rurſum anno ſalutis 1487. Idibus Ianuarii Monaſterium Cartuſiæ nocte irrumpentes, inſtructiori apparatu Bombardarum, atque copiarum multitudine, civitatem deterrebant, quorum caſus illico propoſitum deſtruxit, quando civibus aſſidua eruptione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

excurrentibus, favilla in tectum flammam concitans templum & officinas fere omnes diſſipavit. Manente autem præſidio ædificiorum, diebus decem & octo, conflictatum eſt, & Arensburgus factus inferior (maxime quia è Brabantia atque univerſo territorio agmina confluebant) nocte quadam ſe ſubduxit, Monaſteriumque civibus exoſum factum, eorum direptioni reliquit. Interea ad Kalendas Iulii iiſdem copiis Francimontum Antiſtes obſedit, & validiſſimo robore uſque ad v. Idus Auguſti, idem pene contrivit. Quem Arensburgii in Gallia undique corraſo milite abire protinus coëgerunt. Cæterum in Hasbanniam Francigenæ populabundi contendentes vix multis pecuniis revocari poterant, quinimo quum Arensburgiis conniverent, fœdere rupto, aliquoties eandem mulctam repoſcebant. Igitur an. milleſimo quadringenteſimo, LXXXVIII. quum turbatis Brabantiæ atque Flandriæ rebus Maximiliano Antiſtes adeſſet, ad medium quadrageſimæ Everardus à Marca opportunitatem occupandi Leodium arripiebat, & rurſus pontem amari cordis occupans, inſidiis Gilcuini, & Petri parui, qui civium Capitanei à civibus deſciverant (quum à Genneppia per promontoria in Mœnia D. Margaretæ adniterentur) dantibus Arensburgiis ſigna urbem cœperunt, univerſiſque civibus atque ſtipendiariis captis, Comitem Horneum,

magna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

magnatem Raſonem à Warons, & Nicolaum Cortenbachum, in cuſtodiam Dominorum à Marca collocaverunt, & Tilmannum Civitatis Præfectum, crudeliter occiderunt. Denique Canonicum nobilem juxta ac prudentem Dobbelſteynum, in Moſam præcipitaverunt. Cumque in eum modum ditionem omnem ſubjicere proponerent, Caſtrum Coelmont, locum inacceſſibilem tanquam aſylum prædonum reædificarunt, pariterque & alias arces ſemirutas inſtaurantes, ſpeluncas Parricidarum extruxerunt, e quibus ſedulo prædari liceret, & commode in agros excurrere. Porro Brabantis civili bello ſe invicem infeſtantibus, Lovanienſibus viſum eſt Arensburgios beneficio ſibi demereri. Qui Francorùm legiones haud difficile ad ſe pertrahentes, Antuerpienſibus & Mechlinienſibus negocium faceſſebant. Dum autem hæc fiebant, Iacobus Croyus acceptam occaſionem ſibi commodam judicans, Leodium advenit, & non ſibi ſolutam ſummam ab Antiſtite cauſatus, in eum Eccleſiaſticum fulmen vibrare, & cives inſtigare ad peſſima laboravit. Miſſiſque oratoribus Francorum regem ſibi conciliare, & gentem dedere, modo ſe Antiſtitem conſtitueret, ſerio pollicitus, quum hac parte minime audiret, repudiatus eſt. Capitaneis autem cruente omnia defœdantibus, ut magis formidanda eſſet illorum auctoritas, octoginta cives, è ci-

vitate

vitate ſecum adduxerunt,& in cuſtodiam Cartuſiæ collocaverunt. Nam ea tempeſtate dum alio ſeceſſiſſent Arensburgii, rurſus Monaſterium abſolutum eſt, quos poſt quatuordecim dies Robertus Arensburgus, Leodium adveniens, domum redire permiſit, talemque violentiam non adeo licenter irrogandam militibus indixit. Sic quoque conciliatis ſibi civibus furtim in Trajectum per mœnia irrumpere in nocte Dominicæ Annũciationis aggreſſus eſt, ſed dum haud ſucceſſiſſet, idem ſecundo ac tertio facere eniſus, toties repulſam paſſus eſt. Proinde etiam Philippum Ravenſteynum à Clivis, quem vulgo Philippum nobilem appellabant, cum copiis omnium ditionum, ſocium aſſciſcens, omnium Leodiorum ſuppetiis adjutus, undecimo Kalendas Maias, opidum Trudonenſe obſedit. Antiſtitem enim Horneum intra mœnia cives exceperant & Arensburgiorum faſtum aſpernabantur. Vnde Everardus hac, illac Ravenſtenius muros fortiter Bombardarum jaculis concutientes, plurima incolis damna inferebant. Tametſi videntes qui intus erant, quoniam hoſtis plurimum valeret, qui muros jam conſcendere & ſcalas admovere, machinaſq; per circuitũ parare auderet adverſus eos eminus conflictum iniere. Nam coaſſiſtente in mœnibus Horneo, facta eſt atrox pugna, & cruentum nimis bellum, quos animoſius Antiſtes inflammans quum

huc-

huc illuc curſitaſſet, & mediocri armatura inter pedeſtres perſtaret, civitatem de manibus hoſtium eripuerunt. Quare timore Ducis Saxoniæ obſidionem ultro ſuſtulerunt, ſimul atque ſtipendiatorum conſtantiam, invictamque civium ſpem advertiſſent. Statimque in Brabantiam Antiſtes recedens, Magnatem Arnoldum à Berlo, Capitaneum militiæ, civitatiſque propugnatorem conſtituit. Qui in Hasbaniam circumquaque excurrens, multa aliquandiu crudelitate ruſticos oppreſſit, ferro igneque loca vaſtavit, donec Dominus Gracianus e Francia Lovanienſibus deſtinatus vim illius cohiberet. Ceterum Antiſtes cum Duce Saxonum III. Idus Auguſti oppidum Thenenſe, direptis omnibus expugnavit, ex quo illapſus Saxo, quum inſidiis Arensburgorum facile capi potuiſſet, ab Horneo ſervatus, maximo neceſſitudinis glutino deinceps illi devinctus eſt. Quare fœdere inter Romanorum regem & Francum compoſito, ſuarum partium putavit, Antiſtitem in ditionem deducere, miſſiſque ad civitates ſolennioribus nunciis, à Trudonenſibus, Haſſellenſibus, Deinde etiam à Tungrenſibus, atque Hoyanis, opidorum omnium magiſtratibus, in arcem Sanxom confluentibus tanquam indubitatus dominus agnitus eſt. Qui Arensburgios unico refugio potiſſimum confidere dignoſcens, expeditionem omnem, & Bombardarum apparatum ante

Coel-

Coelmontum ded ixit, quod machinarum jactibus aliquandiu concutiens, in deditionem accepit, majoraque indies aggredi præſumpſit: Cæterum de pace contrectantibus Aquiſgrani regum oratoribus, res diu æque dubia permanſit, quouſque DuxEverardum prope Tungrim ad colloquium evocaret, & propoſitione in chartas redacta cauſam Imperatoris & ſuam ipſius concluderet, quatenus ingens pecunia quotannis ei penderetur, & recompoſita quadraginta florenorum milia Leodienſes conferrent. His igitur pactionibus promulgatum eſt fœdus, Regis Romanorum, Ducis Saxonum, & Arensburgorum, & de Antiſtite nihil hactenus actum. Qui de pace penitus deſperans, dum in Tungrim ſe recepiſſet, pridie Kalen. Novemb. Leodium irrumpere ſub noctu, ſcalis adhibitis contendit, ſed vigilibus conatum reprimentibus quum effectum conſequi non poſſet, idem Nonis Decemb. facere aggreſſus, exuſtis ſuburbiis Walburgi & D. Margaretæ, ad caſtra ſe recepit. Poſt quæ arcem Millen expugnans, igne ferroque vaſtavit, & caſtellum Seyne diruens, Driapolim obſidere appoſuit, Sed civibus ſe dedentibus ilico ab obſidione ceſſavit, Præterea anno ſalutis 1490. quarto nonas Feb. legati Francorum Trajectum advenientes, compoſitionem partium ad ſe receperunt, ſed ancipiti marte univerſa diſſipante, nihil certi conſtituere valuerunt.

runt. Nam Arensburgii Dionantum obſidione vallantes, viciniam omnem attriverunt: & oppidum expugnare deſperantes, alio diverterunt & loca ſuperiora deprædati ſunt. Nam Iacobus Croyus, malitioſis calcar admovere cœpit, & ſeditionem fortiſſime excitare, quando Antiſtes Tungrenſium expeditionem, una cum ſagittariis in Fleumaliam ad Moſam demiſit: munitioneſque ibi ſitas atque Colonias vaſtandas diripiendaſque exercitui deſignavit, copiis quidem potioribus in hóc ſervatis, ut quod conſilio tot procerum componi non poſſet, demum armis conſequeretur. Audierat enim Arensburgios nolle paciſci, & conflictum in Mirica præſtolari multaque potentia in Zōhovium applicuiſſe. Igitur audacis animi & magnæ ſpei, tum eques tum pedes hoſtibus intolerabilis, chariſſimus autem ſociis: Arensburgios ſemel & ſumme experire voluit, primoque diluculo ſurgens, ſtipendiariis atque Haſſellenſibus ſtipatus, ſacramentis datis, & erectis ſignis exercitum per difficilia atque inuſitata loca Zonhovium uſque deduxit, & haud contemnendo inſtrumentorum apparatu ſuffultus, fortes eſſe, & animo infractos aſſeclas admonuit, Porro Arensburgii ebrii & bello inhabiles, multo tamen numero & armis inſtructi, in vaſtam planiciem contendebant: quibus quum non daretur copia turbandi haſtis atque ſagittis agmina

clamo

clamoribus ſibi invicem animum addebant. At ſubeſſe diſcrimen in coitione Antiſtes conſpiciens exhortationis gratia ſuos alloquutus eſt: & arrepto clypeo & ſacra lancea, ipſe primum equum vertit in hoſtem, fortiſſimi militis & optimi Ducis officio perfunctus. Audentes hoſtium cunei primo reſtiterunt, hoſtibuſque intermixti, omnes fere extincti ſunt, aut capti, aut vulnerati, nonnulli vero villas incurrerunt. Captus eſt Loannotus gnotus (quem baſtardum illi appellabant) genere D. Gulielmi Arensburgi, militiæ anteſignanus, cujus loco Comes ab Horne, quem in Caſtellum Longeis detinebant, reſtitutus eſt, & pax effectum conſequuta eſt. Cæterum tanta Nobilium atque Leodinorum multitudo abſumpta eſt, ut fere Arensburgiorum extrema hæc eſſet incurſio. Victoriam vero pax ſubſequuta eſt, quam Aquiſgrani quidam concluſerant, at ſigillis Leodiorum nec dum appendentibus, novæ ſeditionis ſeminarium fuit. Ipſa ſiquidem Paſcæ ſacroſancto die malitioſis indigna viſa eſt, rurſus optimis quibuſque oportuna & ſalutaris, quos illi in captivitatem contrudentes totos quatuor dies Cuſtodibus adhibitis dilexaverunt: quouſque Engelbertus à Naſſau, pactorum conſervator, Leodium properans, eos è carcere liberaret, & pacem pariter promulgandam dignum duceret: cumque per negotia alio vocatus, ille ab-

iiſſet: Vincentium à Swanenberch reipublicæ protectorem conſtituens, utroſque tam Arensburgium quam Antiſtitem, civitate abeſſe voluerunt, donec articulis efficacioribus fœdus concuſſum eſſet. Igitu ad Arensburgios Iacobus Croyus confugiens, novas excogitavit inſidias, & Arensburgiis ad caſtella ſua confluentibu (quod nihilominus invitus faciebat Everardus) peſtiferis perſuaſionibus, rurſu ad arma eos incitavit. Qui pridie Kalendas Novembres, copiis denſiſſimis ſtipatus, Leodium properans, per pontem Ai roti aditum tentavit, & poſtridie, D. Robertus utraque armatura & Francorun agminibus inſtructiſſimus, in Monaſteriu D. Laurentii applicuit. Quem Croyı cum Decano ſummi Collegii, atque Magiſtratibus mane in civitatem deducen Ioannotum militiæ Capitaneum, Reipublicæ protectorem conſtituit. Proinc Hasbaniæ magis affectus, ſuos exercit in Campiniam demiſit, quam miſeris m dis devaſtantes, direptioni exponebant, Eccleſias paſſim exurebant, Eccleſiam Coët rzem, Weellen, Diepembeick, alias atque alias. Iam vero ut tutius in C vitate degerent, triginta duos ex prim ribus civitatis deligebant, quos fidelita præſtitæ obſides, in Francimontum re nerent. Quorum miſerta illuſtris adeo prudentiſſima Heroina, D. Robertiuxo quum decimo ſeptimo Kalendas Ianuari

Leodiu

Leodium adveniſſet: non prius accumbere oportunum ducebat, quam illi è vinculis abſoluti emitterentur. Res profecto Matronis illuſtribus digna, ut quarum nobilitas in armis non velitatur, earum in domeſtico civilique bello comprobetur humanitas. Igitur hac conſiliatrice factum eſt, ut civitatem ad Archarum portam, muris atque repagulis, geminiſque portis Robertus veſtiret: quam quia militibus Francorum cuſtodiendam deputavit, nova Francia appellata eſt. Cumque Iohannotus & latrunculi, paſſim ditiones attererent: acceſſit malum aliud intolerabile. Nam toto anno nonageſimo primo, ſterilitas & gelu agros exedit: ut ne ariſtæ quidem ſatis prominerent, & ruſtici paſſim atque opidani eſurie contabeſcentes, radicibus atque ſtraminibus, famelicum ventrem implerent. Ad hæc tonitrua & tempeſtates frequenter ingruebant, ut turris Collegii Divi Ioannis ad inſulam, & perinde culmina Eccleſiarum Divi SERVATII & CATARINÆ turbo abſumeret. In qua miſeranda rerum omnium calamitate concordia nullum locum ſortita eſt. Nam conſultantibus in Dieſt; atque Trajecto nobilibus ad nullum pacis bonum perventum eſt. Vnde Dux Saxonum Antiſtiti rurſus auxiliares manus adhi-

bens, Leodium accelerare, irrumpere que propoſuit : ſed multis ædificii coloniiſque in Glano & finitimis locis, hoſtiliter concrematis, quum Leodinæ civitatis ſitum è monte Divi Ægidii contemplaretur, exercitu circumſtante, ſubſellium adferri ocius præcepit. Cumque magnificum aliquo equites audire ſperarent: dicterio pr tinus omnem expectationem confudit. Nemo (inquit) abſque manic ferreis, aheniſque calcibus, hanc in u bem irrumpere poterit. Tali nimiru apologo ſubindicans, copias ſuas n nus ad expugnandum ſufficere. Itaq demiſit exercitum, & non niſi unu aſſultum decimo octavo Kalendas priles ad mænia ſub noctu machir tus, magnam & Bombardarum & m leorum ſcalarumque jacturam paſ eſt. Quo infeliciter ſuccedente, d Antiſtes ad Monaſterium Divi Iacobi irrumpere cogitavit : ſed nimium p perans, cuniculis vigilum ibi ordi tis, in turpem fugam ſe conver Toto igitur anno Leodii & aliis locis erga proditores animadver eſt: & crudeliter ſupplicia irroga Interea menſe Iunio civibus prope dum fame pereuntibus, Antiſtes è T gri excurrens, portam Divæ Marga pene expugnavit, & ſuburbium ig ferroque devaſtans atroci conflict

cefc

ceſcivit. Quocirca ad Franciam per-
nicibus equis properatum eſt: & du-
centi Equites in civitatem clam im-
miſſi. Qui tertio Idus Auguſti cum
copiis Iohannoti Tungrim oppetentes,
quum in planitiem cives occurrerent
ſurſum civitatem ingredi coëgerunt.
Deinde in Loſſenſium agrũ incurſan-
es, Loſſenſem Eccleſiam propugnacu-
is ac vallo muuitiſſimam expugnave-
unt: & obſides ſecum abducentes,
ives pecuniam & ſtipendium Equi-
ibus conferre, adhibitis ſacramentis
ompulerunt. Poſt quæ induciæ datæ
unt, & apud Leodium Kalendis Se-
tembribus multa lætitia promulgatæ,
ecedente nimirum à Leodiis Iacobo
roijo, omnium harum factionum
npulſore. Cæterum aliquamdiu rebus
nxiis perplexiſque: tandem in con-
ſtorio Dominorum Divi Lamberti
ota Canonicorum de pace obeunda
tidie nonas Decembres inquiſita ſunt:
t proximo anno in oppido Trudo-
enſi & Trajectenſi, conventu nobi-
um concito, pax tertio decimo Kal.
Iartias concluſa, quam tametſi rupe-
t Robertus, qui Dionantum oppu-
nare moliebatur: bonis tamen auſpi-
is pedetentim advenit. Anno quippe
lutis milleſimo quadringenteſimo
onageſimo ſecundo, menſe Martio,
verardus à Marca Antiſtitem in cam-

pis amice compellans, in gratiam re-
cepit & octavo Kalendas Auguſti à
Trajecto, maximo faſtu magnatum,
plauſuque civium per portam Divi
Leonardi Leodium deduxit. Pactaque
eſt pax tam incolumis, ut non niſi hinc
inde, latrunculi obſcuri nominis, co-
lonias turbarent, & Arensburgii Hor-
neis eo ſociarentur fœdere: ut pariter
oppidum Sirtart expugnarent. Deni-
que affinitate invicem jungentur, ut
Everardi filius Comitis gnatam uxo
rem duceret. Igitur rebus pace flor n
tibus, anno ſequenti menſe Februario
Antiſtes Hoijum, quod ab Archiduc
impignoratum fuerat, precio redemit
& menſe Decembri, quum Ducis Ro
manorum capitaneus patriam pene
trans, Tungrim dolo occupaſſet, co
raſo undique territorii ſui milite ex
occupare conatus eſt, ſed civitatem
idem anno ſequenti, octavo Kalend
Februarias, in Brabantiam vocatus
ultro reliquit. Proinde Antiſtite Hor
neo tutore Ducis Philippi conſtitut
eundem in Germaniam ad Vlma
perduxit: & anno ſalutis milleſim
quadringenteſimo nonageſimo ſext
incolumen reduxit, cujus Comit
Leodiorum gens, mille & quingent
florenis locupletavit. Quo anno men
Majo, plures circuli in firmamen
ætheris pellucebant, & octavo Kale

das Iunias, mane ad horam octavam quaſi tres Soles in aëre eminebant. Deinde quarto decimo Kalendas Iulias, tonitrua & fulmina exaudiebantur, grandineſque invaleſcebant, denique inſperata tempeſtas omnem agricolarum ſpem peſſundabat. Ad hæc tertio decimo Kalendas Iulias, ventus impetuoſiſſimus erumpebat, qui ſupercilia domorum ſecum abſumebat, quem in Aprili identidem Trudonenſes experti, turrim eminus demolientem maxima jactura ingemuerunt. Præterea anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo induciis Gelro conceſſis à Brabanto & Saxone, in Leodiorum agros excurſare diſpoſuit, quod pecuniam ſibi conſtitutam hactenus non exoluiſſent. Quare ſtata dies eſt, & in civitate Dieſtenſi quotannis ei mille floreni deſignati. Poſt hæc, Antiſtes Trajectum jam aliquamdiu ſibi rebelle, Eccleſiaſtica ſententia percolit, quod fulmine atque cenſuris deterritum quum cives pœniterent ſtatim in gratiam recepit. Inſuper anno ſequenti, Robertus Arensburgius Francorum regis Capitaneus, ingenti expeditione ad Gelriam profectus, ſuburbia civitatis Leodinæ, Moſa tranſmiſſo oppetiit, quem civitas decem millibus florenorum, menſe Iulio inde digredi procuravit, quo anno &

de monera, quæ indies minoris expendebatur Senatusconſultum editum eſt. Extremum vero Antiſtes anno 1500, quintodecimo Kalendas Martias, caſtrum Gorre, potentiſſime obſeſſum expugnavit, & quartodecimo Kalendas Majas, equitibus ducentis inſtructus Coloniam uſque Agrippinam properavit, ubi ex condicto fœdus inter Vltra Trajectenſem Antiſtitem, & Ducem Iuliacenſem pactum eſt. Neque non anno ſubſequenti, tertio Idus Februarii Leodium reverſus, Capitaneum Seraneum, & alterum quendam, ob proditionem conceptam, capite truncari præcepit. Quo anno miranda quædam & prorſus inaudita, ut ille ait, oſtendit Deus hominibus. Siquidem in uno & alio loco Diæceſeos Leodiæ, à Feſtis Paſcalibus aliquando in Eccleſiis, aliquando in plateis, aliquando in domibus & in ipſis etiam cubiculis apparuit inopinate ſignum Dominicæ Crucis, fuitque aut nigrum aut rubeum, ita ut nonnunquam putaretur eſſe verus ſanguis cum medulla & ſacnie effuſus, emergebantque cruces ſimplices, aliquando bifidæ in forma ſigni ſepulchri Dominici. At libitum eſt ſeriem Epiſtolæ hoc loco ponere, qua Horneus Maximiliano rem omnem depinxit. Apparent (inquit) ut plurimum ſuper capitibus mulierum, & maxim

maxime puellarum, in earum peplis ſummo vortice coinpreſſæ. Conteſtaturque inquiſitionem ſe quam diligentiſſime adhibuiſſe, uſque adeo, ut neque dolus neque ftaus intervenire potuerit. Adjicitque mulierem viginti duorum annorum adprime honeſtam his portenris fere exanimatam fuiſſe. Quæ die quodam comperit, admonita à matre, ſignum crucis magnum, & amplum in peplo coloris aurei atque ad ſingulos quatuor ejus angulos emicans, & crucem unam exilem concolorẽ, perinde ut arma ſunt Hieroſolymitani regis, inque medio majorem crucem ſanguinolentam. Territa inde mulier, cum reverentia peplum illud ad locum mundum repoſuit, & aliud mundum capiti impoſuit, mox in eodem crux grandis apparuit. Accurrunt homines multi ex admiratione, in quorum conſpectu iterum & iterum pepla mutaverat, ita ut novem diebus pepla tredecim cruce ſignata fuerint. Inſuper dum quadam vice quam plurimi cum ea de præmiſſis loquerentur, aſtantes viderunt inter colloquendum exoriri in ejus mento crucem latitudinis unius digiti, coloris & saporis mellei, cujus ſtipes à gutture in inferius labrum uſque ad dentes vergebat, per brachia vero portendebatur ex adverſo inter mentum & labrum prædictum, quanta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

eſt oris amplitudo, quo quum ad aſtantium admonitionem levare manum dexteram conaretur, apparuit conſimilis crux in eadem, retracta ad ſinum manus, cum utraque ſigna duabus fere horis perſtetiſſent, demum pro ut venerant, ita diſparuerunt. Sed poſt hæc non ſolum forma crucis apparuit, quam & veluti haſta quædam, ac deſuper nonnulli characteres. Corona denique concludebatur in circulo viridi, totum contingente caput, protulitque inde cacumina ad modum ſpinarum. Apparuerunt & ſigna in camiſijs marili crucis ſanguinolentæ.

Hortatus eſt mulierem Curatus, ut cum Iubileus eſſet in Trajecto ſuperiori, ubi degebat Antiſtes, ire eo atque cõfiteretur. Aſſenſavit, & ad divum Servatium confeſſa eſt magno Theologo. Iuſſa poſt hæc ivit in chorum, & propter reliquias deducta eſt in æedituario, allato ei ibidem peplo nitido, rogata eſt illud capiti implicare, ne cum tanto horrore per plateas incederet, aſſumens ipſa novum, quod capiti admonvit, mox irrupit in ipſius pepli parte anteriori ſanguinis tanta copia, ut conſeſtim in extremam uſque fimbriam ad unius digiti longitudinem & prope duorum latitudinem deflueret. Vnde adeo conſpicientes ſunt attoniti, ut è Canonicis unus protinus caderet. At

illa

illa inde diſcedente, viſa eſt publice in peplo recenti; ad ſcapulam dextram, magna vis ſanguinis, in figuram quaſi crucis ſe porrigens atque amplificans. Cum quibus demum ſignis ipſa ad Antiſtitem ducta eſt, recenti & madido cruore, ut in ſua præſentia, ut ſcribit, digito attrectatus, articulis hæreret, multis vidētibus & admirantibus. Quæ omnia Maximiliano Romanorum regi, Horneus transſcripſit 15 Calen. Iunias. Quæ tam horrenda præſagia, quid ſignificarint, hactenus non video uſu aut efficacia demonſtratum, cæterum ſubeſſe aliquid neminem puto præterire. Eodem anno viri quidam ex Italia in Germa. Deinde in Leodium advenere, tunicis nonnulli lineis, nonnulli pullis laneis, induti, nudis pedibus & capitibus diſcoopertis incedentes atque ligneam crucem in manibus ſinguli deferentes, juxta edictum Servatoris, Evangelici, omnibus diebus præter Dominicam jejunantes, holera, braſſicam & mentam herbarumque radices cum ſale reſperſo manducantes, abſque cujuſvis pinguedinis appoſitione. Denique aquam ſobrie potitantes. In ſacris quoque templis ad modum crucis brachia protendentes, prolixiuſque orantes, humi ſe jactabant non amplius XXIV, horis uno in loco, vel hoſpitio manentes, niſi quem corporis valetudo
mala

mala detinuiſſet. Qui per civitates & oppida atque villas bini ſimul aut terni circumeuntes, cibum hoſtiatim ubi eſuries compuliſſet mendicabant. Denique his ex Clericorum ordine plurimi Sacerdotes & Diaconi atque Hypodiaconi conjungebantur, nihil præter tunicam, zonam, ligneam crucem, & ſacculum ſecum adferentes, Coloniam Agrippinam, Aquiſgranum, Trajectum, & Leodium omnes viſitabant. Erat illis voluntarie hæc aſſumpta pænitentia, quam quiſque pro voto ſuo peragebat, alius quidem 3, alius 5, alius ſeptem annis, juxta voti qualitatem, quo ſe ſuapte ſponte obligabant, finito termino quiſque in ſua reverſus eſt. Anno denique ſalutis 1504, pridie Idus Majas apud Leodium innudationes, & aquarum diluvium domicilia aliquot abſumpſit. Deinde decimo Calendas Septembres, in profeſto Divi Bartholomęi terręmotus ſub noſtre territorium omne concuſſit, cujus rei novitate quam plurimi deterriti ſunt. Inſuper menſe decembri Antiſtes laborare morbo cæpit, & concurrentibus paſſim creditoribus, quum commoveretur, ira nimia excandeſcens, ægritudini augmentum dedit. Vnum ſolummodo curavit, ut à magnate Ioanne à Marca Francimontium redimeretur. Qui anno 1505, III nonas Februarij in proceſſione, quæ in feſto

feſtoPurificationis celebri cultu peragitur, poplexia impediri cæpit. Cæterum valetudinarius aliquamdiu, quum ad Feſta Paſchalia religioſiſſime ad Dei Opt. Max.cultum comparuiſſet quum à Trajecto Leodium adequitaret, in valuis erga ſe excommunicationem appenſam comperit,quare qua venerat via, reditum maturavit, & præ ira fere exanima us eſt.Iterum pridie Kalendas Iulias terræmotus factus eſt, ſed non niſi momentaneus, & undique aquarum proluvies invaluit, quam ex continuis hymbribus proveniſſe putaverunt. In Has bania undecimo Calendas Auguſti, ſeges in campis abſumpta eſt, & Iecora Trajectenſium muros, atque præminentiorem portam abſorpſit. Invaleſcente autem morbo & jam aliquamdiu periculoſe penetralia ipſa corrodente, An iſtes viſendi Leodium deſiderio tenebatur, & ſoſpitatem aëris permutatione ſibi pollicitus, in collegio Divi Martini locum delegit. Sed quum caſu Palatium, candela in ſtramine concidente, combureretur Equique luculentiſſimi & muli rari quidem & magno empti precio, concremati inter jſſent, vix ſeipſum ferens, hac parte plurimum valetudini ſuæ obfuit. Acceeſſit good 18 Kalendas Februarias minus ad ſententiam ejus concludentibus civibus, cum ſe à civitate ſubducere òportu-
num

num duxiſſet, ſatis tumultuanter vehi-
culum conſcenderet, ſpemque omnem
recuperandarum virium disjiceret. O-
biit anno ſalutis 1505, ſexto decimo
Kalendas Februarias, anno adminiſtra-
tionis 25. Sepultus in cucullitio Mi-
noritarum, in promontorio Civitatis
Trajectenſis. Floruit ſub Apoſtolicis
viris Alexandandro VI, Pio III, &
Iulio II, Imperantibus Frederico III,
& Maximiliano. Inſtituta ſunt apud
Leodium duo Monaſteria, unum quod
eſt fratrum Obſervantium (quod Hieru-
ſalem dicitur) alterum Adelphorum,
qui ſe fratres Divi Hieronymi nomi-
nant. Qui contubernio literario adule-
ſcentes excipiunt, exceptoſque multo
diſciplinarum fænore inſtructos, paren-
tibus remittunt, quibus ego me totum
debeo, non tam quod optimis autoribus
meam pueritiam imbuerunt, ſed quod
hujus religionis, ſi qua eſt atque inſti-
tuti impulſores fuere. Quorum felix ad-
ventus à Fuſcoducis huc proſpectus
eſt, anno ſalutis 1496, menſe Iulio.
Deinde anno ſequenti in Monaſterio
Divi Laurentij quidam ſenex à Colo-
nia adveniens, in condenda cereviſia
artificem ſe euntibus, & hac occaſione
Converſorum habitum (ſic enim ejus
generis homines libet appellare) ade-
ptus, quum poſt ſecundam noctem in
furto deprehenſus poſtridie carnificinæ
depu-

deputaretur quatuordecim latrocinorum, & octo ſcortorum cum uxore perpetratorum, obnoxius, immani ſupplicio vitam finivit.

Quinquageſimus quartus Antiſtes.

ERardus à Marca filius viri principis D. Roberti Cliuiæ, Marcæ, & Arensburgi imaginibus clariſſimi, ad maxima natus, forma, ingenio, dotibus, maxime autem Clementia inſignis à bello ſemper, ceu extrema pernitie horrens. Protonotarius Apoſtolicus, nuper VII Idus Apriles Canonicorum albo aſſcriptus literarum iuriſque peritus, Iacobo Croijo, quem Philippus jam in Hiſpanias accinctus, legatione comitis à Sempoi electoribus commendaverat, calculis omnium haud difficile antepoſitus eſt, anno ſaluti Milleſimo quingenteſimo ſexto, pridie Kalendas Ianuarias. Cui ut in os loqui, & ſubinde Rethorum occupationibus obſtrepere nolumus, ita eo inco ume atque ſuperſtite, nihil omnino definiemus. Cæterum quam ſumus in laudes illius propenſi, monimenta noſtra teſtari protulit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ENCOMION

Illuſtriſſimi Principis, & ampliſſimi Domini,

Dmni

ERARDI A MAARCA, LEODIORVM CARDIN.

Auctore Placentio.

VIr bonus & prudens Hensbergus Epiſcopus olim
Ante alios forma polluit ille patres,
Inclytus Antiſtes Lodoicus, Borbonus Heros
Regum atque inde Ducum nobile ſchema fuit.
Præſul Ioannes Bellonæ Corniger audax,
Viribus Herculeis prælia multa tulit.
Hæc tria Præſul habet noſter, formoſus Erardus
Martia progenies robore & arte potens.
Eminet hoc quod ſit nactus de Cardine nomē.
Denique Cæſareo fœdere dexterior
Ut Phœbus rutilo præfulget lumine ſtellis.
Ut reliquis Cæſar præminet imperio,
Vt ſuperantur aves Aquilæ velocibus alis
Vt leo devincit ſtrenuitate feras
Ut mare cæruleo præcellit gurgite rivos,
Vtque metalla adeo Dalmatica æra premunt.
Sic modo præſulibus ſolus præponitur iſte,
Et bifidis mitræ cornibus aſtra quatit.

Sum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Summus Erardus ovat Romani carainis Heros.
Archipater, Praſul praecoque Concilii
Dux, Comes & Princeps bello maturus & ara.
Vincit, Apoſtolicus ſi modo cedat honos.

Signa ejuſdem Principis, ab eodem conſtructa Diſticho.

VOtis decipimur & tempore fallimur omnes,
Mors ridet curas, anxia vita nihil.

Eadem fere iiſdem verbis.

Votis decipimur & tempore fallimur & mors
Deridet curas, anxia vita nihil.

Fratris Nicolai Caroli Gandenſis Elegia in Catalogum Placentii.

NOx erat, & tenui crepitantem fune lucernam
Non procul a noſtra fecerat eſſe domo.
Quum novus ab dura veniens incude libellus
Ecce oculos coepit ſolicitare meos
Inſpicio, invenio nomen titulumque Placentî
Ne favor exiguo nomine multus erit,
Si neſcis, ille eſt hic ille Placentius: alte,
Qui colit inſignes abs Helicone deas
Tonſa illic fas eſt Daphnaea tempora lauro
Cingere, & hoc Princeps Calleopeia ſinit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Quos tu Moſa lavas, hunc agnovere Poëtam
Quum jaceret gratas læta per arva nuces,
Nam puer & cecinit verſus & Apolline dignum
Carmen: quod docto poſſet ab ore legi,
Quanta fuit quondam Paligno copia Vati,
Cui facile Aonidum concrepuere fores,
Tanta Placentinum condonat gratia carmen,
Et venit ad numeros Muſa vocata ſuos.
Commendata igitur tali fœtura parente,
Exit Apollineo ter relegenda choro,
Materiam utramque plauſuſque favorque ſequentur
Quod nova, quod nullis eſt celebrata viris,
Qui Leodi geſſere pedum Chriſto auſpice, quorum
In capitis ſummo vertice mitra fuit
(Sic titulus ſpondet) ſerie narrantur aperta:
Cum titulo conſtat & liber ipſe ſuo.
Legi: & cum legerem Vatem conſeſſus amœnum
Clarior in pingui Lampade lychnus erat
Sic puto, ſic placuit nitido affulgere libello:
Et rutila in doctas lumina ferre notas,
Sed quum mirarer pedibus prodire ſolutis
Atque ſtilum nulli ſubdere colla jugo:
Tum liber (hunc etenim monita excepiſſe parentis
Crediderim: quando me gere te gremio)
Arbitrio quorum fortuna Placentia currit:
Principibus viſum ſic: ait: eſſe viris,
Cum peterem, cur non pluteo procederet icto:
Sæpe laboratum nec daret autor opus

Ille:

Ille: ait: ingenio indulſit præſente Minerva:
Vel voluit populo conſuluiſſe rudi:
Mox ego: ſublimem Leodini Præſulis aulam
Perge liber, tanto vindice tutus eris.
Ne malus infeſto lacerandum Zoylus ore,
Arripiat toto, dilaceretque foro,
Vade bonis avibus, & te juveneſque ſeneſque
Candidulo excipiant pectore, teque legant,
Quin ſciat innocuo plebes minus æqua Cucullo
Eſſe ſub hoc qui te florida Pallas ament,
Et quem pulchra juvent Grynei barbita Phœbi,
Et qui Pegaſiis imbuat ora vadis.

Quarundam Heroinarum territorii Leodienſis ſeorſum Civitati Trudonenſi finitimarum Epitaphia, auctore Placentio.

Inclytæ Heroinæ Mariæ, uxoris nobiliſſimi viri Equitis, Gulielmi à Duraſſo, Epitaphion.

DUraſſi hic conjunx quæ feſtiviſſima ſudat,
Sudat & incolumi nobilitate viget
Fama tenet vivam, quam marmora nulla ſepultam,
Sat ſervant, Mariæ tam fuit amplus honos
Gloria non tantum, nec avitum ſtemma relucet
Montiniacenæ claraque imago domus:

Quantum ſynceræ mentis ſcintilla ſerenat:
Et rutila accendit lumina noſtra face,
Sic perituram olim, virtus facit enthea ſalvam,
Quamvis conjugii ſcœna ſit alba tui,
Enixa es ſexus utriuſque haud futile pondus
Qua lege æternum nomen habere potes,
Salve & Ave, longumque vale Heroina per ævum,
Nec lacrymæ deſint in tua fata piæ.

Annæ Duraſſæ, hujus filiæ Epitaphium.

SI neſcis, multa eſt ſpectandi cauſſa Viator:
Anna jacet virgo lactea forma Dea.
Cui vix dum teneras veſtivit gemma papillas,
Non Ceruſa genas, non ſtibia ulla oculos,
Ecce verecunda mavult ſub imagine mores
Induere illuſtres nobilitate mera,
Quam proavos faſtu, vel Coa veſte referre,
Aut ſolo titulo continuare genus,
Nam poterat clarum Duraſſi ſtemmatis omen
Iactaſſe, & fuco ſolicitaſſe procos,
Hac ſpe noſtrates poterat ſuperaſſe puellas
Æmula, quis ſtudium eſt formam emere officio
Verum mens vetuit, neque paſſa eſt indita menti
Canities, qua cum crevit honeſtus amor
Virgo jacet Anna ſagax, Duraſſa puella,
Hoc diſce exemplo tu quoque virgo mori.

Pien-

Pientiſſimæ juxta ac clariſſimæ Heroinæ Theodoricæ, conjugis Prudentiſſimi Magnatis Adeodati à Rivis, & ab Here, &c. Epitaphium.

STemmatis Elderei quondam Theodorica Avorum
Imaginibus clariſſima,
Quæ non in Superum cultum propenſior ulla,
Non ulla liberalior
Vnguibus à teneris fulſit virtute, quouſque
Viro Adeodato nuberet,
Cui clara à Rivis ab Here cognomina, famam
Laudemque conciliaverant
Vnde enixa aliquot fœlicia pignora, demum
Tali orba marito intabuit
Non aliter quam turtur amans, ubi compare functo
Iuges ſuſurros parturit
Hoſpitio excœpit pracones, ſacrificoſque
Clemens, pudica, provida
Pompa Sacramenti diverſis indita clauſtris
Hac matre ſumpſit originem
Deſudat multis titulis, multiſque triumphis
Celebranda mater pauperum.

Eximiæ Heroinæ Antoniæ Scroyæ, conjugis Nobilis viri Gulielmi Abhorion, Epitaphium.

ANtonia Scroya cœlatum hoc marmore corpus

Iactura ingenti poſteritatis obit
Caſto con;ugio indulſit, peperitque utriuſque
Sexus, Horioni pignora chara viro.
Quantum habet eximiæ laudis, poſt fata roſoſque
Vita fuit candens, morſque ſevera nimis

At vero quum me non fugeret plurimos noſtratum deſiderare antiquitatem earum Civitatum, in quibus aliquando ſedes Epiſcopalis viguit, viſum eſt & hac parte craſſulis iſtis morem gerere. Vnde annotavi carmina Scioli cujuſdam quæ cujus ſint palati non eſt meum decernere, certe ſunt ſacerdotibus noſtris Diœceſeos, non quidem infimis (illis opinor, quos in Epiſtola depinxi) viſa luculentiſſima.

De antiquitate urbis Tungarorum Carmen.

VRbs quondam Tungris, Tungro de principe dicta
Iliades quem præfecit Dux Francio caſtris.
Cu'us germanus Priamo genitore putatur.
Si neſcis modo quæ fueris, me conſule, diſce,
Totius Europæ vertex, neque mœnibus impar
Romanis, fluvio quam florentiſſima magno,
Quem mare more ſuo veteres dixere Coloni
Inte proſiliiſſe olim doctiſſimus inquit
Plinius inſignem fontem, qui ſæpe mederi,
Febri ſit ſolitus, qualem plerumque reducit
Tertia lux. Sed & octavia es celeberrima dicta
Cæſareo titulo illuſtris, ſumma arce refulgens.
Mvte-

Materiam quæ præbuerit fictoribus amplam
Munere tantiſper ac claro nomine pollens,
Omnibus ex æquo dominata eſt finibus iſtis,
Dum Conſanguineum Chriſti propellis ab urbe.

De antiquitate Civitatis Trajectenſis ad Moſam carmen ejuſdem.

IUlius à magno deductum nomen Iulo,
Imperio nondum neq; munere celſus opimo:
Cum in luſtrum Gallos ſubigendos milite & armis
Germanoſque excepiſſet ſub jure Quiritum.
Traiectum Europæ ponte illuſtravit & amplis
Turribus, invictum neque adactum robore, poſtquam,
Colla Panonphæi ſummiſit legibus ultro
Hinc clypeo perfert formoſæ virginis omen,
Et quinq; in radios rutilantem lumine ſtellam
Mirifici cu us viſi ſunt ſæpe triumphi.
Marti habet addictam gentem pluſquam ha- ctenus arti
Plus ducibus, quam Præſulibus parere paratam
Quod ſacra imprimis decorat Servatius æde,
Qua cathedra effulſit nunc eſt regale ſacellum
Tot regum. totidemque Ducum articulata tutelis,
Vt nemo effugiat, quicunque oppugnat eandem
Deficiat nemo quicunque tuetur eandem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

De Amplitudine Civitatis Leodiæ Carmen ejuſdem.

Salve mater & eximia virtutis alumna
Legia purpureo Lamberti ſanguine tincta.
Quam verum ex vero circumfers nomine nomen?
Salve inquam, quæ enixa viros pietate nitentes
Tot per templa foves examina tanta, tot omnis
Ætatis, ſexus, precioſa monilia ſervas.
Octo quam ſummo decorant Collegia cultu,
Quatuor Abbatis titulo Cœnobia clara,
Adde triginta duo, paſtore utentia templa
Et populi ſublime decus, flagrantia corda.
Ædibus excelſis locus inclytus undique fundo
Parturiente aliquid, carbonibus heic ſcatet, illic
Montibus apricis & oderis vallibus iſthic,
Rurſum heic foviculis, Rivis manantibus illic
Moſa iſthic rapida ſe intercipiente procella,
Sit procul optarim, quod vulgo dicitur, atra
Bilis, & nuperus urgens diſcordia mentes.

DIPLO-

DIPLOMATA LEODIENSIA.

DIPLOMA I.

Dagobertus Francorum Rex anno 639. donat S. Amando, Trajectenſi ad Moſam Epiſcopo, fundum, inter Scarpum & Elnonem fluvios, in Diœceſi Tornacenſi ſitum, ad ædificandum Monaſterium, quod hodie S. Amandi dicitur.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Dagobertus divina ordinante Clementia Rex.

Deum nobis fore propitium credimus, ſi ad reformandum & confirmandum religionis cultum præcipuam curam impendimus, & religioni deſervientibus munificentiæ & liberalitatis noſtræ manum aperimus.

Proinde tam præſentium quàm futurorum ſolertiam ſcire volumus, quod venerabilis vitæ *Amandus* Epiſcopus, qui per gratiam Dei filium noſtrum *Sigebertum* baptizavit, jam quibuſdam Eccleſiis ſeu Monaſteriis, ad augmentum divini cultus conſtructis ac bene diſpoſitis, Excellentiam noſtram adierit, & ut non deficiens Dominicæ vineæ cultor, confidens autem de noſtræ largitatis beneficio, locum ſitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

inter quos fluvios *Scarp* & *Elnonem*, à noſtra liberalitate ſibi concedi humiliter petierit. Qui locus licet eſſet, propter multam ſilvæ denſitatem, ad extirpandum difficilis, tamen labori ſuo, imo poſt laborem ſuum, quieti & uſibus Deo militantium, quos ibi ſe jam præmeditabatur per Dei gratiam ordinaturum, videbatur opportunus.

Nos igitur conſiderantes dignam Reverendi Pontificis petitionem, tum propter totius regni noſtri, ac prolis noſtræ ſtabilitatem ac pacem, tum propter animarum noſtrarum ſalutem, locum, quem petierat, cum utraque aqua & ſilva circumquaque ſuccreſcente, prona animi devotione conceſſimus, & conceſſionem noſtram rata legum ſanctione ſtabilivimus.

Præcipimus igitur, & ex auctoritate regia jubemus, ut nulla ſæcularis vel Eccleſiaſtica perſona de loco ſupraſcripto, cum aqua & ſilva, præfato Pontifici à mea liberalitate conceſſo, ipſi Pontifici ſeu ſucceſſoribus ejus ullam inquietudinem aut refragationem, vel præjudicium ſive violentiam facere tentet, ſed potius hoc regalis munificentiæ beneficium, tam ipſe Pontifex & quos ibi ordinaverit, quam qui ei ſucceſſerint, ſine ulla diminoratione, abſque ulla calumnia & contradictione, ſecure ac perpetualiter habeant & poſſideant.

Quod ſi divina pietas locum ipſe induſtriam.

induſtriam hujus amabilis viri, ac ſucceſſorum ejus, & per devotam largitionem bonorum hominum, meliorari & amplificari voluerit, quidquid exinde ſive in cauſſis, ſive in fredis, ſive in pratis, ſive in terrarum diviſionibus & redibitionibus, ſive aliquo modo, jus Fiſci exigere poterat, in integrum tam præfato Patri, quam ſucceſſoribus ejus concedimus. Ipſum vero locum & res ad eum pertinentes, quidquid etiam largitas Principum, vel devotio quorumlibet fidelium deinceps addiderit, ſub tuitionis & immunitatis noſtræ defenſione conſiſtere volumus.

Et ut hæc regalis auctoritas firma ac inconvulſa perpetuo perſeveret, præſens præceptum manu propria ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignavimus; ſucceſſores etiam noſtros, ut in hoc ipſum morem noſtrum imitentur, commonemus.

Datum Kalendis Maii Indictione 15. anno XI. regni Domini Dagoberti. Actum Pariſius civitate feliciter, Amen.

Gerardus Notarius, ad vicem Dadonis Cancellarii recognovit.

DIPLO-

DIPLOMA II.

Childericus Francorum Rex, ejuſque uxor Blidechildis, dant S. Amando Trajectenſi ad Moſam Epiſcopo Villam Bariſiacum, in agro Laudunenſi ſitam, anno 656. aut 665.

CHildericus Rex Francorum, & Blidechildis Regina, viro illuſtri Bertuino Comiti, & Bertelando Vicario.

Merito largitatis noſtræ munere ſublevantur, qui pro parentibus noſtris vel etiam pro adoleſcentiæ noſtræ ætate famulantur. Proinde cognoſcat magnitudo vel utilitas veſtra, quia nos propter nomen Domini vel amorem cæleſtem, Apoſtolico Patri noſtro Amando Epiſcopo, Villam noſtram nuncupatam Bariſiacum, ſitam in pago Laudunenſi, quam uſque nunc Fiſcus noſter tenuit, promptiſſima devotione, cum univerſis villulis ad ſe adſpicientibus, & cum omni integritate ad ſe pertinente, concedimus & conceſſam eſſe volumus.

Quapropter auctoritate noſtra præſenti decernimus ac jubemus, qnod in perpetuum volumus eſſe manſurum, ut ipſam villam memoratam Bariſiacum, cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam in terris, domibus, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis & mancipiis ibidem commanentibus, ſicut Fiſcus

Fiſcus noſter ibidem tenuit ac poſſedit, & ipſe Pontifex Dominus Amandus, ad opus Monachorum ſuorum, abſque ulla contradictione vel diminoratione, teneat ac poſſideat.

Sic igitur in integrum hoc noſtræ conceſſionis beneficium firmum eſſe volumus, ut jam dictus Pontifex de ipſa villa Bariſiaco, & de rebus ad eam pertinentibus habendi, tenendi, freda exigendi, manſiones faciendi, dandi, commutandi, vel quidquid elegerint, faciendi, liberam ac firmiſſimam, per noſtram auctoritatem, habeat poteſtatem.

Inſuper omnes ſucceſſores noſtros per nomen Domini adjuramus, ut nullus eorum ipſam villam, cum omnibus ad ſe pertinentibus, Domino Patri Amando, vel ſuis Monachis auferre præſumat, vel ullam inquietudinem faciat. Quod, quicumque eſt ille, fecerit, judicium portet, & ſententiam damnationis incurrat.

Et ut hæc auctoritas, circa ipſum Pontificem & Monachos ejus, firmior habeatur, & per tempora ſuccedentia perpetuo conſervetur, & ego, dum propter imbecillam ætatem minime potui ſubſcribere, manu propria ſubterſignavi, & Regina ſubterſcripſit.

Signum Childerici Regis.

Blidechildis Regina ſubſcripſi.

Datum ſub die Kalend. Auguſti, anno 2. regnãte Domino noſtro Childerico Rege.

DIPLO-

DIPLOMA III.

Hilſundis Comitiſſa Strienſis, Anſfredi Comitis Huyenſis, poſt Epiſcopi Ultrajectini, uxor fundat ac dotat an. 992. Cœnobium Thorenſe, quod eſt illuſtre nobilium virginum Canonicarum Collegium ad Moſam fl. in Diœceſi Leodicenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ergo Hilzondis Comitiſſa terræ de *Stryen*, ſequi cupiens eum qui eſt ſponſus virginum, de conſilio Domini mei Anſfredi, Eccleſiam conſtruxi, in elodio meo de *Thorne*, ubi ego & filia mea Benedicta, ſub regula ſanctæ obedientiæ, ita viveremus in hoc ſæculo, ut mereamur in futuro amictæ ſtolis albis, inter Angelos comparere, in diſtrictu juſti Iudicis.

Itaque amicos mihi faciens de mammona iniquitatis, attuli ad dictam Eccleſiam omne alodium meum, quod in terra mea de *Stryen* glorioſus Rex *Zuendiboldus* olim perdonaverat.

In primis ipſam Eccleſiam de *Stryen*, quæ eſt conſecrata in honore Mariæ virginis, Montem littoris, ubi beatiſſima Gertrudis corporaliter converſata eſt, & cellam habet à B. Amando conſecratam: villam *Gilleyela* cum appendiciis, villam *Baerle* cum altari in honore ſancti confeſſoris Remigii à me conſtructo, caſtellum *Sprundelheim* cum omni integritate, ſicut ſitum

ſitum eſt ſuper fluvium *Moervvater*; ſilvam ad porcos alendos, quemadmodum jacet inter duas Marcas, cum omni jure, wancapio, telonio, molendino, cenſu, pedagio & aquagio in pratis, ſilvis, agris, cultis & incultis, waſtinis, moris, humido, ſicco, alto, baſſo, prout eadem ego Hilzondis Chriſti famula & parentes mei tenuerunt.

Non ſit ullus Advocatus, niſi quem fratres & ſorores de Thorne Cœnobii elegerint: & ſi quiſpiam maligno ſenſu, ſuadente diabolo, ſe intromiſerit, condemnabit eum Dominus mundi Cæſar, qui eſt legitimus Cœnobii Advocatus.

Adjuro quoque hæredes ....., Stryenſes Dominos, per eum qui fuit & venturus eſt, ne ullam guerram aut malum ingenium faciant huic meæ donationi, ſed filiam meam ejuſque congtegationem defendant in armis & juſtitia. Qui ſecus fecerit, portionem habeat cum Dathan & Abiron: ne remittatur ei peccatum nec in hoc ſæculo, nec in futuro. Fiat, fiat.

Datum apud Thorne anno nongenteſimo nonageſimo ſecundo, Kalendis Iunii, Indictione IV. Teſtes fuerunt,

Ioannes Abbas S. Pantaleonis,
F. Balduinus Præpoſitus de Dirha,
G, Decanus.

Et de militibus noſtris,

Franco de Dungha,
H. de Emelberga,
G. de Sandert, Caſtellanus noſter,
L. Dapifer.

Et

Et de miniſterialibus Epiſcopi,

Chriſtophorus Girardus, in Domino feliciter.

DIPLOMA IV.

Frederici I. Imp. Diploma *de Heriſtallo Eccleſiæ Leodicenſi oppignorato, an.* 1171. *ſcriptum.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fredericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Quæcunque inſtituta, vel conventiones inter diverſas perſonas ſolemniter contrahuntur, dignum reputamus, ut ſcripto diligenter annotentur, ne per ſucceſſiones temporum tranſeant in oblivionem mentium, & à memoria hominum deleantur.

Notum igitur facimus tam futurorum quam præſentium induſtriæ, quod Godefridus Dux Lotharingiæ beneficium Ducatus ſui, quod ſitum eſt in villa Harſtalii, dilecto noſtro Radulpho Leodienſi Epiſcopo, Aquiſgrani, in præſentia Principum & totius Curiæ, per manum noſtram, pro trecentis marchis oppignoravit, & idem Epiſcopus, nullo reclamante, illud in poteſtatem ſuam contraxit & quiete poſſedit.

Poſtmodum vero placuit eidem Epiſcopo, ut

po, ut jam dictum vadium, pro remedio animæ ſuę, Eccleſiæ S. Mariæ, ſanctique Lamberti in Leodico conferret, & ad ſtipendia fratrum Deo in Eccleſia eadem militantium deſtinaret.

Vt autem ampliorem roboris perfectionem traditio iſta, imperialis nominis auctoritate contraheret, memoratus Epiſcopus oppignoratum ſibi beneficium, in celebri totius Curiæ præſentia, in manum noſtram reportavit, noſque illud, petitione & aſſenſu ejus, de manu propria in manum Henrici ejuſdem Eccleſiæ Præpoſiti, & Ægidii Comitis de Durachio, qui traditionis hujus Advocatus & Mandiburnus inſtitutus eſt, Othonis de Malbere, Alexandri de Noviomago, ad uſus ſtipendiarios præbendæ fratrum, ut jam dictum eſt, libere & abſolute tradimus.

Si vero prænominatus Dux idem vadium, datis trecentis marchis, redemerit, pecunia illa in cuſtodia Leodicenſis Eccleſiæ tamdiu teneatur, donec Alodium ex conſilio Epiſcopi & fratrum inde comparetur, unde ſtipendia fratribus perſolvantur, & anniverſarius dies ipſius Epiſcopi annuatim in Eccleſia peragatur.

Statuimus itaque, & Imperiali auctoritate firmiter & diſtrictè præcipimus, ut nulla perſona, magna ſeu parva, ſæcularis vel Eccleſiaſtica, hujus inſtitutionis ...... aliquatenus improbare, aut irritum revocare præſumat. Quod qui fecerit, quin-

quaginta libras auri puri pro pœna perſolvat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum prædictæ Eccleſiæ.

Vt autem hæc omnia inviolabiliter obſerventur, & rata permaneant, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt.

Chriſtianus Moguntinus Archiepiſc.
Arnoldus Treverenſis Archiepiſcopus,
Godefridus Trajectenſis Epiſcopus,
Theodoricus Comes de Cleve,
Adelbertus Comes de Molbach,
Henricus de Cuke,
Conradus de Bochesberch,
Robertus de Durne,
Wernerus de Boulant,
Henricus Leodicenſ. Eccl. major Præp.
Simon Decanus.
Amalricus, Balduin. Rodolph. Archid.
Robertus Cantor,
Ægidius Comes de Durachio,
Otto de Malberg,
Alexander de Numage,
Euſtathius, frater Advocati Hasbaniæ,
Turricus de Prato,
Faſtradus de Dummertin,
Thomas de Helmericurt,
Godinus de Hoſemont,
Bodo frater ejus, & alii quam plures.

Ego Henricus Cancellarius, vice Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii, recognovi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, Indictione quarta, regnante Frederico Romanorum Imperatore, anno regni ejus viceſimo, Imperii vero decimo octavo.

Datum Leodii III. Kalendas Octobris feliciter, Amen.

DIPLOMA V.

Godefridus III. Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ Dux, Collegium Canonicorum S. Ioannis, in Moſaſl. Inſula Leodici, dotat an. 1174.

GOdefridus Dei gratia Dux Lotharingiæ, & Comes Lovaniæ, Canonicis Eccleſiæ S. Ioannis, quæ ſita eſt in inſula Leodii, tam præſentibus quam futuris in perpetuum.

Ne aliquo caſu vel aliquo tempore à me vel à ſucceſſoribus meis aliquod onus indebitæ penſionis vobis imponatur, profiteor me, nihil amplius juris in villa de *Nithenis* habere, jure Advocatiæ, niſi id tantum, quod homines mei à me tenent, & venatores mei, judicio Scabinorum, recipere ſolent. In ſegete veſtra, ſive in ſpicario ſive in granario condatur, nihil Advocatum juris habere confiteor.

Quadraginta ergo ſolidos, quos de horreo ſupradictæ villæ veſtræ de Nethenis annuatim tollendos exiſtimabã, pro amo-

re Dei & propter bona merita Magiſtr
benedicti, Decani ejuſdem Eccleſiæ ve
ſtræ, petitione fidelis noſtri Rixonis de
Monte Tienes, coram Domino Henrico
de Iace, Præpoſito & Archidiacono Ec
cleſiæ S. Lamberti, qui vices agebat Epi-
ſcopi, projecto à me pilo pallii mei, juxta
morem nobilium, Werpivi, & hæc con
tra omnem ambiguitatem præſenti pagi
na conſcribi fecimus, & paginam ipſam
noſtro ſigillo, adverſus omnem calumniam
communivimus. Horum teſtes ſunt.

Præpoſitus & Archidiaconus, Henricus de Iace.

Rixo de Hulceim.

De liberis hominibus.

Henricus Vlieme.

Henricus de Adorp.

De Miniſterialibus.

Walterus Rixonis.

Arnoldus filius Dapiferi.

Wilhelmus Verimes.

Acta ſunt hæc Leodii, in Capite jeju
nii, anno Incarnationis Domini milleſi
mo centeſimo ſeptuageſimo tertio, Fre
derico Imperatore Alexandriam novellam
civitatem Italiæ potenter expugnante.

DIPLO

DIPLOMA VI.

Gerardus VVeſemalius, Dominus opidi Bergizomenſis in Brabantia, agnoſcit ſe debere quotannis quatuor Marcas, Canonicis Ultraectenſibus S. Martini & S. Salvatoris ſolvendas ex pacto, pro prædiis in Brabantia ſitis.

DIlectis Dominis ſuis, viris venerandis & diſcretis, Decano & Capitulo Eccleſiæ Trajectenſis, Gerardus de Weſemale, miles, Dominus de Monte ſuper Zoma, & de Harſele, quidquid poteſt obſequii & honoris, cum ſalute.

Veſtras rogamus diſcretiones, quatenus monitorium nobis factum, ad veſtram inſtantiam, defectu cujuſdam ſolutionis pecuniæ, hac vice revocare velitis, & eam facere revocari .....

Scientes quod ad hoc dilectum noſtrum Capellanum, latorem præſentium, ad vos tranſmittimus, & quod quidquid idem Capellanus de præmiſſis vobiſcum ordinaverit, hoc ratum & firmum obſervabimus, præſentium teſtimonio litterarum, ſigillo noſtro ſigillatarum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo, Dominica poſt S. Matthiæ Apoſtoli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DIPLOMA VII.

Aliud ejuſdem Gerardi VVeſemalij Diploma.

VNiverſis præſentes litteras viſuris Gerardus de Weſemale, miles, Dominus de Berge ſuper Zoom, ſalutem in omnium Salvatore.

Vniverſitati veſtræ notum facimus per præſentes, quod tenemur ſolvere bona fide venerandis viris, Dominis Decanis & Capitulis S. Martini, & S. Salvatoris Eccleſiarum Trajectenſium, ſingulis annis, infra Octavas obitus B. Martini, quatuor Marcas, ſex ſolidos, & octo denarios Colonienſium denariorum legalium.

Et ſi in ſolutione dictæ pecuniæ dicto termino defecerimus, omnes expenſas, quas ad monendum, pro eiſdem denariis dicti Decani & Capitula fecerint, eis refundemus integraliter, ſecundum formam & continentiam priorum litterarum noſtrarum, quas ipſis Decanis & Capitulis dedimus, ſuper ſolutione dictæ pecuniæ de bonis, quæ de ipſis in pacto tenemus, iiſdem annis ſingulis perſolvendæ.

In cujus rei teſtimonium ſæpe memoratis Dominis Decanis & Capitulis præſentes litteras, ſigillo meo, ac ſigillis venerabilis viri Domini Wilhelmi de Æmſtelle, Præpoſiti Eccleſiæ S. Ioannis prædicti loci, & Domini Huberti de Everdingen ſenioris, militis, cõtulimus roboratas.

Datum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, Sabbato ante Dominicam, qua cantatur, *Oculi mei.*

DIPLOMA VIII.

Ab Hugone Leodicenſi Epiſcopo varia jura urbis Mechlinienſis an. 1300. *dantur Ioanni I. Brabantiæ Duci, uſque ad tertium hæredem ſeu generationem, ea lege, ut dicta jura à Ioanne Bertoldo violenter occupata recuperet.*

VNiverſis præſentes litteras inſpecturis Hugo, Dei gratia Leodienſis Epiſcopus, æternam in Domino ſalutem, cum notitia veritatis. Zelus orthodoxæ fidei in eo probatur præcipuè......

Sane cum ad nos & anteceſſores noſtros, Eccleſiæ Leodienſis Epiſcopos, qui ipſam Eccleſiam rexerunt pro tempore, plurima & diverſa jura ac juriſdictiones in opido Mechlinienſi, & in villa de *Heiſte*, & appendiciis earumdem pertinuerint longis temporibus, & adhuc pertinere dignoſcantur, quæ uſque ad hæc tempora nobilis vir Ioannes Bertout de Mechlinia, & ſui progenitores per potentiam ſuam violenter occuparunt, & adhuc detinent occupata, contra Deum & juſtitiam, in diſpendium animæ ſuæ & prædictæ Leodienſis Eccleſię nō modicam jacturam, conſilio freti bonorum & Iuriſperitorum, oportunū duximus eatenus nobis brachium invocare defenſionis.

Cum igitur, quia illuſtris Princeps Dominus Ioannes, Dei gratia Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi, ſit fidelis & major ac potentior inter fideles Eccleſiæ noſtræ ſupradictæ, noſtrum, imo potius Eccleſiæ noſtræ gerens negotium, de mandato noſtro & requiſitione debita. prædicta jura & juriſdictiones diu injuriosè ac violenter occupata, ut eſt dictum, ad proprietatem Eccleſiæ noſtræ ſupradictæ reducat, & reducere laboret ſuis ſumptibus & expenſis, noſtræque ſeu Eccleſiæ noſtræ prædictæ facultates non ſufficiant ad tanta onera ſupportanda.

Volentes ſuis laboribus & expenſis merito reſpondere, cum nemo teneatur ſuis ſtipendiis militare, prædicta jura & juriſdictiones univerſas & ſingulas, prout idem Dux revocaverit, ad jus & proprietatem Eccleſiæ noſtræ memoratæ, libere conferimus & donamus ſibi ſuiſque hæredibus, uſque ad tertium hæredem incluſive, cum fructibus, proventibus & adventiciis quibuſcumque.

Promittentes bona fide dicto Duci, quod quam citius poterimus, procurabimus cum effectu. ſuper collatione ſeu donatione prædicta, conſenſum Capituli dictæ noſtræ Eccleſiæ, ſeu confirmationem Apoſtolicam adhiberi.

Præſertim cum ſæpedictus Dux bene valeat promereri, pro eo, quædam jura & juriſdictiones, de quibus providendum eſt,

eſt, quod ad poſſeſſionem prædictæ noſtræ Eccleſiæ non venerint, quamvis multi anteceſſores noſtri, pro ipſis recuperandis, gravibus inſudaverint laboribus & expenſis.

In quorum teſtimonium & munimen, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo, Sabbatho poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ.

DIPLOMA IX.

Formula vetus donationis, per traditionem ceſpitis cum feſtuca: qua formula Theodoricus de Anderane, miles, decimas vici Betchenſis, prope Halenum opidum, ad Laceam fluviolum ſiti, an. 1304. tradidit Monaſterio virginum Ord. Ciſtercienſis, quod Sartum B. Mariæ, vulgo Rothem, nuncupatur, olim in Leodicenſi, nunc Mechlinienſi Diœceſi.

IN nomine Domini, Amen. Noverint univerſi, quod anno Domini 1304. Indictione ſecunda, menſis Iunii die quinta, in præſentia diſcretorum virorum ac mei, ut publici tabellionis, teſtiumque ſubſcriptorum, & ad hoc teſtificandum vocatorum ſpecialiter & rogatorum, ante altare clauſtri ſeu Monaſterii de Sarto B. Mariæ, quod vulgariter Rothem dicitur,

Leodienſis Diœceſis, Ciſtercienſis ordinis.

Dominus Theodericus miles, dictus de Anderane, perſonaliter conſtitutus, compos mentis & corporis, zelo devotionis ac pro intuitu charitatis inductus, prout hæc omnia facie apparebant prima.

Ipſi Monaſterio prædicto de Sarto B. Mariæ, nomine & ad opus dominæ Abbatiſſæ & Conventus ejuſdem loci, ſuam totius bladi de *Betche*, & in locis circumjacentibus & vicinis, ac ſuam ibidem univerſaliter omnium ſegetum decimam, pure propter Deum, in eleemoſynam, pro animabus parentum ſuorum, nec non ſui ipſius prædicti militis, habendam in futuro, & jam ex nunc poſſidendam (electa ſibi in dicto Monaſterio Eccleſiaſtica ſepultura) donans, dedit pleno donationis inter vivos jure, ex hoc nunc in ſæculum tenendam corporali ac quieta poſſeſſione, & habendam à data præſentis publici inſtrumenti, juſto legitimæ poſſeſſionis titulo, & pariter proprietatis, in quantum in ſe fuit & potuit, quoad poſſeſſionem & proprietatem in ſupradictas, adhibitis etiam ex abundanti quibuſdam ſolennitatibus, quæ ad ſolemniſationem conſimilium fieri conſueverunt.

Videlicet quod major dicti Monaſterii cereus illuminatus fuit, & prædictus miles Dominus Theodericus, cum viridi ceſpite, cui viridis ramus infixus exiſtit, arrepta etiam ſtola, qua frater Ioannes de Valle Dei

le Dei Monachus, & dicti Monaſterii Confeſſor, præcinctus fuerat, & ſubſcriptis teſtibus, ad perhibendum ſuper hoc efficax teſtimonium cum inſtantia convocatis, obtulit ſcienter ac ſpontanee, ſuper altare dicti Monaſterii, Domino Deo hæreditarie decimam prænarratam, ſub omni modo & forma prædictis, atque in holocauſtum vel oblationem immolavit.

Acta ſunt hæc ante altare prædictum, præſentibus ibidem, fratre Ioanne de Valle Dei, Domino Wilhelmo Rectore, & Domino Ioanne de Lintere, Capellano Eccleſiæ de Cortenake, presbyteris, & pluribus aliis ad prædicta vocatis & rogatis fide dignis teſtibus, anno, die, menſe, ut ſupra.

DIPLOMA X.

Carolus Simplex, Francorum Rex, Francon Leodicenſi Epiſcopo poſſeſſiones quaſdam, vi ablatas, an. 894. reſtituit, Adeleide matre & Fulcone Remorum Archiepiſcopo petentibus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus miſericordia Dei Rex.

Si juſtitiam Dei vere diligimus, & aures noſtræ pietatis juſtis accommodare petitionibus certamus, morem, ut decet, regium frequentamus, & ex hoc in futuro remunerari omnino credimus.

Quapropter notũ eſſe volumus omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

quam & futuris: quoniam noſtræ genua Serenitatis adiens Dominus Franco venerabilis Epiſcopus, reclamavit ſe de quibuſdam rebus, de fiſco ſcilicet Arceias, in pago Portunenſi ſito, quas etiam ab Eva, Chunradi quondam muliere, per precariam acceperat, quod vi atque violentia ſibi ac Eccleſiæ ſuæ fuiſſent ablatæ.

Quod ergo ut verum comperimus, ob Dei amorem & S. Lamberti, remediumque animæ noſtræ, perque deprecationem cariſſimæ & venerabilis genitricis noſtræ Adeleidis, ac Domini Fulconis Remorum Archiepiſcopi, præceptum noſtræ auctoritatis & hoc fieri, & ei dari juſſimus.

Per quod jubemus atque præcipimus, ut nemini mortalium liceat, quoquo modo, ab eo vel ab Eeclefia ſua, ſucceſſoribuſque ſuis prædictas res ..... cum omni integritate, veluti continetur in præfata precaria ......

Quæ ab hodierna die & deinceps habeant, teneant, poſſideant, vel quidquid exinde facere voluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus, ſicut de aliis ſuæ Eccleſiæ rebus, habeant poteſtatem faciendi.

Et ut hæc noſtræ auctoritatis largitio, per ſucceſſura annorum curricula, rata & inconvulſa permaneat, manu propria eam ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Caroli glorioſiſſimi Regis.

Rauber-

Raubertus Notarius, ad vicem Auskerici Cancellarii, recognovit.

Datum anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo nonageſimo quarto, anno quoque, regnante Carolo, ſecundo, Indictione duodecima, VI. Kalendas Octobris. Actum Attiniaco.

DIPLOMA XI.

Suendeboldus Lotharingiæ Rex dat Cathedrali Canonicorum S. Lamberti Collegio Leodicenſi Villam Teux, an. 898.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuenteboldus divina favente clementia Rex.

Pro his quæ, ob amorem Dei, Eccleſiis ſanctis lociſque Sanctorum per manſuetudinem noſtræ Serenitatis tribuimus, æternæ felicitatis beatitudine, ipſis intervenientibus Sanctis, omnimodis perfrui confidimus.

Idcirco, omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, tam præſentium noverit, quam futurorum ſagacitas, quia nos, pro ſalute noſtræ animæ, piique genitoris noſtri ſereniſſimi Arnulphi Imperatoris, ac noſtrorum prædeceſſorum Imperatorum & Regum,

Largimur Eccleſiæ, in honore beatæ

Mariæ, genitricis Dei & Domini noſtri, & præclari martyris Chriſti Lamberti in Leodico conſtitutæ, cui præſidet Franco venerabilis Epiſcopus, villam noſtri dominicatus, ſitam in pago Leuga, ſuper fluvium Poledam, vocabulo Teux, cum omnibus juſte & legaliter ad eam pertinentibus, videlicet mancipiis utriuſque ſexus, campis, ſylvis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, cambis, parvis exitibus & reditibus, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, eo tempore & pacto, ut ex hoc, & in antea, præſcriptæ Eccleſiæ, nec non prædicto Epiſcopo, ſucceſſoribuſque ejus, ſine contradictione aliqua, immobiliter perpetuo ſubſiſtant.

Et ne hæc noſtræ benevolentiæ largio permanſuris ſucceſſionibus infucatè ervetur, noſtri annuli impreſſione ſubter inſigniri præcepimus.

Signum Domini Zuenteboldi Regis.

Walgerius Notarius, ad vicem Raerbodi Archicancellarii, recognovit,

Actum VIII. Idus Octobris, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo nonageſimo octavo, regni vero Zuenteboldi sereniſſimi ac piiſſimi Regis quarto. Actum villa Aquæ ductus, in Dei nomine feliciter, Amen.

DIPLO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DIPLOMA XII.

Ludovicus Lotharingiæ Rex, Suentiboldi frater & in regno ſucceſſor, an. 910. dat Mortarium villam Canonicis in Caprimonte (opido olim Diœceſis Leodicenſis) degentibus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus divina ordinante gratia Rex.

Quoties ſanctarum Dei Eccleſiarum neceſſitatibus munimine regalitatis ſubvenerimus, morem anteceſſorum noſtrorum imitamur: idque nobis ad præſentis ævi ſubſidia, atque ad futuræ beatitudinis præmia incunctanter adipiſcenda, proficere credimus.

Quocirca omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium, præſentium ac futurorum, prudens agnitio comperiat, quia Hatto venerabilis Archiepiſcopus & Gerberdus Celſitudinem noſtram adierunt, intimando, qualiter frater noſter Suentipulchus, poſtquam à regni gubernatione proceres regni Lotharienſis demiſerint, cuidam viro Roingo quandam proprietatem dederit, quam ipſe Roingus poſtmodum ad ſubſtantiam Canonicorum, in Caprimonte loco vocato, degentium, utcumque delegaverit.

Cumq; prænominatus Comes hoc taliter actũ perſcrutaverit, noſtriſq; auribus innotuit,

tuit, humilimeque expetiit cum Hattonē præfato Pontifice, ut pro ſalute animæ noſtræ, eaſdem res prænominatis Canonicis, per noſtræ auctoritatis præceptum, confirmaremus.

Hoc quoque ipſorum petitioni libenter acquieſcentes, præſcriptas res in Comitatu Leuchia ſitas, Mortariumque locum vocatum, cum omnibus ſuis appenditiis, ut hactenus jam dictus Roingus eas habere viſus fuit, ita deinceps, ad ſubſtantiam ſæpe dictorum Canonicorum, per præſentem noſtræ Regalitatis vigorem concedimus, ac confirmamus.

Videlicet cum manſo indominicato, atque Eccleſia, cum aliis duodecim manſis, caſtitiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, ac mancipiis utriuſque ſexus inibi reſidentibus.

Hoc quoque obnixè ſtatuentes ac ſanctientes, ut more Eccleſiaſtico, ab hodierna die præſcripti Canonici ad menſam ipſorum habeant, teneant, poſſideant, noſtrique ob id memores effici delectentur.

Et ut præſens noſtræ largitionis & confirmationis præceptum, per ſuccedentia tempora, verius credatur, ac diligentius ſervetur, manu propria ſubter firmavimus,

mus. & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini Ludovici ſereniſſimi Regis.

Theodulphus Notarius, ad vicem Rathpodi Archiepiſcopi & Cancellarii ſummi, recognovi.

Data V. Idus Novembris, anno Dominicæ Incarnationis D. CCCC. X. Indictione XIII. anno vero Domini Ludovici X.

Actum in Geleneheim, in Dei nomine feliciter, Amen.

DIPLOMA XIII.

Carolus Simplex Francorum Rex Canonicis Eccleſiæ S. Lamberti Leodicenſis an. 915. dat foreſtum ſeu ſilvam in Arduenna ſitam, Stephano Leodicenſi Epiſcopo, & Raginero I Hannoniæ & Hasbaniæ Comite, petentibus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus, divina propitiante clementia, Rex Francorum.

Si Deum præ oculis habendo, in augmentandis ſuis Eccleſiis honoramus, noſtroſque fideles in ſuis rectis petitionibus benter excipimus, divina humanaque nobis ſimul conciliamus, atque regiam liberalitatem moribus paternis exequentes mus.

Quocirca omnium noſtrorum fidelium, præſentium videlicet ac futurorum, comperiat ſolertia, quod Dudo Virdunenſium Epiſcopus, Raginerus Marchio ſtrenuus, pariter etiam Robertus noſtræ Serenitatis executor fideliſſimus, noſtram adierunt excellentiam, poſcentes prorſus.

Vti interventu Stephani venerabilis Tungrorum Epiſcopi, noſtræ conſanguinitati affinis dilectiſſimi, partibus ſanctæ Dei genitricis Mariæ, almique martyris Lamberti, in proprium traderemus foreſtam, quæ olim pertinuerat ad Tectis villam, quam dato fiſco Zuendip. remiſerat ad manum regiam, quamque conſtat in pago Luvienſi, atq; in Comitatu Sichardi ſitam, atque iſtis finibus circumquaq; concluſam.

Terminatur à Wlfingi pago, uſque in fluvium Amblevam, inde ad Monaſterium Stabulaus, ſicque vadit ad ..... & inde ad Salceias, uſque ad Nordrees fontem, & ad Haverurii uſque ad Veſere, & ſidem ad rivum de Solmania uſque ad Solergeas & Hukelebac, uſque ad Veſerem & Geiſlampiam, uſque ad Hoſpitale, & ſic revertitur ad Wlfingi pagum.

Horum itaque petitioni gratanter aſſenſum præbentes, egimus, juxta quod fuerant obnixè poſcentes.

Delegavimus namque ipſam foreſtem prælibatis partibus jure perpetuo in proprium tenendam, & totum undecumq; ad integrum, velut dudum ſemper in Regum mani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

manibus conſtiterat, firmavimus omni tempore poſſidendam, in tantum, ut neque à quoquam venatio, ullatenus fiat per illam, niſi Prælati illius Eccleſiæ licentiam omnino habuerit indeptam.

Si quis ita temerario auſu in ea venari præſumpſerit, ſic bannum regium inde componat, quomodo antea componebatur, dum Regum in manibus ſteterat.

Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum perpetualiter manens, ſemper ſit inconvulſum, has teſtatorias litteras exinde fieri juſſimus, annulique noſtri impreſſione ſubtus inſigniri præcepimus.

Signum Caroli Regis glorioſiſſimi.

Ionſuinus Notarius, ad vicem Herivei Archiep. ſummique Cancellarii, recognovit.

Datum VIII. Kalendas Septembris, Indictione tertia, anno viceſimo tertio, regnante Carolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante decimo octavo.....

Actum Monaſterio S. Arnulphi, in Dei nomine feliciter, Amen.

DIPLOMA XIIII.

Carolus Simplex Francorum Rex Rutgero Treverenſi Archiepiſcopo reſtituit Trajectenſem S. Servatij Abbatiam.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina propitiante clementia Rex Francorum.

Dogmate divino inſtruimur, & regia Majeſtate monemur, quatenus Sanctorum loca ſub ſolida tuitione provideamus;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

& ſi quæ ſunt alicujus pravitate attrita, ad priſtinum reverti faciamus ſtatum.

Noverit igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum, videlicet præſentium ac futurorum induſtria, quoniam vir venerabilis nobis fidelis Rutgerus, Treverenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſæpius plangendo adiit Celſitudinem noſtram, dicens, quod Abbatiam S. Servatii, quæ eſt conſtructa in Trajecto, in Comitatu Maſeland, quam dedit per ſuum præceptum ſibi commiſſæ Treverenſi Eccleſiæ Arnulphus Rex, ſed violentia Ragineri Comitis, & filii ejus Giſilberti, à prædicta Treverenſi Eccleſia jam olim eſſet injuſte ablata.

Ergo ad cauſſas noſtras ejus proclamationem mittens, judicio Scabinorum palatii noſtri, & atteſtatione omnium fidelium noſtrorum, ipſam Abbatiam S. Petro, in cujus honorem eſt conſtructa Treverenſis Eccleſia, & prænominato Præſuli reddimus, ut in perpetuum, ſine cujuſpiam contradictione, cum omni integritate ipſe & ſucceſſores ejus ipſam Abbatiam teneant atque poſſideant, & quidquid pro ſua, ſuæque Eccleſiæ utilitate, ex ipſa facere decreverint, liberam in omnibus poteſtatem habeant faciendi.

Et ut hæc notitia inſtantibus & futuris temporibus rata eſſe credatur, & firmius habeatur, ſigillo noſtri palatii eam roborari juſſimus.

Hæc

Hæc ſunt nomina eorum, qui præfatum contulerunt judicium, videlicet

Epiſcoporum.

Wifridus, Dado, Raubertus, Abbo, Stephanus.

Sed Comitum.

Matfridus, Sigardus, Otto, Fulbertus, Chriſtianus, Erkengerus, Iſembardus, Hungerus, Ecfridus, Ermenfridus, Walterus, item Walterus.

Nec non & Sabinorum.

Blidulphus, Regnardus, Adelbertus, Sigebertus, Witterus, Adelbardus, Rubertus, Bernacrus, Volmarus, Roricus, Otkerus, Ingrannus, Betto, Engilbertus, Filbertus, Iſwardus.

Rathbodus Notarius, præcipiente Domino Rege Carolo, hanc notitiam ſcripſit.

Data Idibus Iunii, Indictione VIII. anno XXVII. regnante Rege Carolo, redintegrante XXII. largiore vero hæreditate indepta VII, Actum Heriſtal palatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DIPLOMA XV.

Ejuſdem Caroli Regis Diploma alterum, ejuſdem argumenti ac ſententiæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina largiente miſericordia Rex Francorum.

Si ſervorum Dei petitionibus aurem libenter accommodamus, divini cultus amore, regium decenter morem exequimur, ac vitæ æternæ præmia propter hoc adipiſci veraciter credimus.

Quocirca comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorum videlicet præſentium & futurorum ſolertia, quoniam Archipræſul venerabilis Treverenſis Eccleſiæ Rotgerus noſtræ Serenitatis culmen adiit, conquerens quod Abbatiam quandam, quæ eſt conſtructa ſuper flumen Moſam, in loco Trajectus nuncupato, ubi requieſcit corpus ſanctiſſimi Confeſſoris Servatii, Arnulphus quondam Rex, deprecante Rathbodo prædictæ Eccleſiæ pridem Archiepiſcopo, delegaverat S. Petro Apoſtolo ad Cathedram Treverenſem.

Idque ſanctionis præceptum confirmare ſtuduit: ſed irruentibus diverſis contrarietatibus, à poteſtate ejuſdem ſedis Raginerus pridem Comes eandem Abbatiam violenter ſubtraxit, & reclamante dicto Rathbodo apud Regem Zuendeboldum, illam reddere cõpulſus eſt S. Petro. Verum Zuendeboldo perempto, iterum

à Ra

à Raginero pervaſa eſt, ac poſt illum ab ejus filio Giſilberto pari violentia hactenus negatur reddere.

Cujus petitionem fore ſalubrem cognoſcentes, conſenſu Epiſcoporum noſtrorum, & judicio Comitum, ſeu aliorum fidelium, ſupradictam Abbatiam in Trajecto ſuper flumine Moſa ſitam, in Comitatu vero Hasbacenſi, in conſpectu noſtro & præſentia Principum noſtrorum ipſimet prælibato Archiepiſcopo reddere imperavimus, pro amore Dei.

Ita dumtaxat, ut à nobis reſtitutam S. Petro, uſibuſque ſanctæ Treverenſis Eccleſiæ, ab hinc in futurum nullus valeat eam ſubtrahere vel dividere exinde; ſed noſtræ pietatis munere ipſe Archipræſul Rutgerus, & ejus ſucceſſores memoratam ſæpe Abbatiam habeant, teneant, cum villis, mancipiis utriuſque ſexus, & omnibus rebus juſtè ibidem pertinentibus, & earumdem rerum exactionibus, & omnia ad e pertinentia regant & diſponant pro ſuæ utilitatis ſtudio, ſicut priorum Regum auctoritates patefaciunt.

Hanc igitur Abbatiam reddendam noſtræ auctoritatis præcepto Archipræſuli Rutgero, & ſuæ Eccleſiæ, manu propria roboravimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Caroli Regis glorioſiſſimi.

Gozelinus Notarius, ad vicem Rutkeri Archipræſ. ſummiq; Cancell. recognovit.

Data VII. Idus Iulii Indictione VIII. anno regni Caroli inclyti Regis XXVI. redintegrante XXII. largiore vero hæreditate indepta VIII.

Actum in Villa Theodonis.

DIPLOMA XVI.

Conrado Lotharingiæ Duce poſtulante, Otho I. Imp. an. 944. dat Faraberto Leodicenſi Epiſcopo Monaſterium Eiche, quod nunc eſt Canonicorum Collegium, in ditionis Leodicenſis opido Maſeica.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina providentia Rex.

Si locis divino cultui mancipatis aliquid impendimus, augmenti æternæ remunerationis cumulum ſperamus inde nos adepturos.

Quocirca noverit omnium fidelium noſtrorum cautela, tam præſentium quam ſuccedentium, qualiter ob amorem omnipotentis Dei, interpellante noſtram liberalitatem Duce Conrado, tradidimus ad Leodicenſem Sedem, in honore ſemper virginis Mariæ dedicatum, quoddam Monaſterium, Eiche vocatum, ſuper fluvium Votra conſtructum, ſitum in pago *Huſce*, in Comitatu Rodulphi, quatenus præfatæ Eccleſiæ, cui modo præeſt Farabertus Epiſcopus: ſuique ſucceſſores eandem in-

de te-

de teneant poteſtatem, quam in reliquis habent rebus ad ſuam Sedem pertinentibus, cum omnibus ad prænotatum Cœnobium juſte ſpectantibus terris, mancipiis, cunctiſque, quæ dici vel nominari poſſunt.

Et ut hæc auctoritas noſtra, præceptumque traditionis inviolatum deinceps permaneat, juſſimus hoc conſcribi, ſigillique noſtri impreſſione munitum firmari.

Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Regis.

Eimo Notarius, ad vicem Brunonis Archicancellarii, recognovi.

Actum Chuitileneburg, anno Incarnationis Domini nongenteſimo quadrageſimo quarto IV. Nonas Iulii, regni autem Domini Ottonis decimo ſexto, Indictione ſeptima.

DIPLOMA XVII.

Henricus III. cognomento Niger Imp. dat Nithardo Leodicenſi Epiſcopo Comitatum Hasbaniæ, an. 1040.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex.

Si fidelium noſtrorum voluntati ac petitioni noſtrum aſſenſum pium ac benevolum adhibere curamus, quin ipſi nobis in

futuro multo fideliores, & ad omne noſtrum ſervitium promptiores ſint, minimè dubitamus.

Quapropter omnibus divini noſtrique nominis àmatoribus, tam futuris quam prę ſentibus, perſpicuum eſſe volumus, qualiter Nithardus, ſanctæ Leodienſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcop. noſtram regalem adiit ſublimitatem, humiliter deprecans.

Vt in primis, cauſſa divinæ retributionis; ac ob remedium animæ pii genitoris noſtri Conradi Imperatoris, à nobis, dum vixerimus, nunquam obliviſcendi, nec non ob humilem interventum fidelium noſtrorum Brunonis ſanctæ Wirceburgenſis Eccleſiæ, & Thietrici Metenſis, venerabilium Epiſcoporum, ac pro ſuo aſſiduo & fideli ſervitio, quo patri noſtro nobiſque multum fideliter ſervivit.

Comitatum Arnoldi Comitis, nomine Haſpinga, in pago Haſpingow ſitum, cum tali jure, talique diſtricto, quale parens noſter, aut nos hactenus in illo viſi ſumus habere, in moneta vel telonio, imo cum omni utilitate, quæ ſcribi aut excogitari poteſt, prædictæ Leodienſi Eccleſiæ, in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ac pretioſiſſimi martyris Lamberti, qui ibidem corporaliter requieſcit, conſtructæ, ea lege in proprium concederemus, ut hanc proprietatem, quam hactenus in illo habuimus, prȩfatus Epiſc. Nithardus, ſuiq; ſucceſſores ab hinc poteſtativè habeant.

Et ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas ſtabilis & inviolata omni permaneat ævo, hanc chartam inde conſcribi, eamque manu noſtra propria, ut ſubter videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione præcepimus inſigniri.

Signum D. Henrici Regis invictiſſimi.

Theodoricus Cancellatius, vice Burdonis Archicapellani, recognovit.

Datum IX. Kalendas Februarii, Indictione octava, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo, anno Domini Henrici III. ordinationis duodecimo, regni vero primo. Actum Vlmæ feliciter, Amen.

DIPLOMA XVIII.

Pons lapideus Dionantenſis *ſuper Moſa flumi- an.* 1080. *ædificatur, Henrico Epiſcopo Leodienſi, Alberto Comite Namurcenſi, Canone Comite, & aliis conſentientibus.*

IN nomine Domini. Quicumque fideles iſtud conſcriptum legeritis, ſciatis hoc factum eſſe voluntate & præcepto Henrici Epiſcopi Leodienſis & Comitis Alberti Namurcenſis, à me Godeſcalco Abbate ſanctæ Eccleſiæ Walciodorenſis, in honorem Dei, ad confirmationem ſequentis operis.

A tempore Eilberti Comitis, qui primus in Walciodoro Monaſticā vitam inſtituit, uſque

uſque ad tempus iſtud, quo pons lapideus in Deonant cœpit conſtrui, navem unam magnam, quam Bargam vocant, ad opus tranſeuntium, habebat Eccleſia Walciodorenſis. Hac dabat fratribus nonaginta quatuor denarios ſingulis annis, & Abbati, qui præerat, quatuor ſextarios optimi vini.

Cumque placuiſſet Dominis, qui præerant loco, ſcilicet Henrico Epiſcopo, Comiti Alberto Namurcenſi, Cononi Comiti, & Frunuardo Præpoſito, & opidaneis, Iſaac Villico, & Gozuino de Rupe, & ceteris, ut pons fieret lapideus, unde villa melioraretur (nam antea quidem fuit, ſed nulli erat aptus uſui) convenerunt in unum in eadem villa, III. Kalendas Septembris.

Ibi me accerſiens Epiſcopus prænominatus, rogatu & conſilio Deonantenſium, aſſentiente de hoc negotio Comite Namurcenſi, ſub cujus advocatione erat locus Walciodorenſis, tale quid à me expetivit, ut concederem ei, cauſſa gratiæ & fraternitatis, in auxilium & ad ſuſtentationem pontis, hos reditus, quos dinumeravi, & quos jure noſtro accipiebamus cum navi.

Et nos pro hac viciſſitudine iſtud privilegium inibi ad pontem, cum noſtris omnibus hominibus, & cum omnibus diverſæ ætatis & ſexus, ex omnibus locis, ad locum noſtrum attinentibus, & partem habere-

haberemus, ut nihil omnino ab ipſis eundo, redeundo, ducendo, vel aliquid portando intus vel foris daretur vel acciperetur; & ſi, quod abſit, tranſitus deſtrueretur, aut nimia violentia aquæ pons dilaberetur, navim noſtram ad portum noſtrum, qui illic eſt, reduxiſſemus, & reditus noſtros, abſque calumnia alicujus & terrore, in primis recepiſſemus.

In qua re nuſquam aſſenſum meum præbere volui, quo aduſque Comes Albertus Namurcenſis beneficium atque honorem, quod ab atavo ſuo Comite Robuoldo Eccleſiæ Walciodorenſi, in eodem opido, ob reverentiam Genitricis Dei, traditum fuerat, petitione adſtantis Epiſcopi, confirmavit & renovavit.

Videlicet ut nullus ex omnibus nobis ſubjectis, teloneum vel munus aliquod dediſſet, cauſſa alicujus mercati, ſed ſecuri ipſi & filii eorum permanſiſſent ab hoc tributo & liberi.

Quo facto, cum placuiſſet mihi & ceteris omnibus, conceſſimus & tradidimus, quæ volebat Epiſcopus, ex ſcilicet conditione, ut præfati ſumus.

Actum eſt Deonant, Kalendis Septembris, anno Domini milleſimo octogeſimo, Indictione III. anno XXV. Imperii Henrici quarti Imperatoris. Teſtes,

Dominus Henricus Epiſcopus.

Godeſcalcus Abbas.

Albertus Comes, Godefridus filius ejus, Cono Comes. Theo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Theoderieus Advocatus, Heribrandus frater ejus, Godefridus, Dehili, Cono frater ejus.

DIPLOMA XIX.

VValterus de Trudeneris, vir nobilis, Monaſterio S. Laurentii Leodicenſis, dat prædium ſuum Avernenſe, in Comitatu Steppenſi. Quam donationem ſuis litteris confirmat Albero Leodicenſis Epiſcopus an. 1124.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albero gratia Dei Leodienſis Epiſcopus, notum facio præſentibus & futuris Chriſti fidelibus.

Quia Walterus de Trudeneris liber homo, prædium quod habebat in minori Avernas in Comitatu de Steps, tradidit, pro ſalute animæ ſuæ, ad altare B. Laurentii, ex integro tam in culturis & pratis, quam in nemore & cenſu & familia, quæ illo tempore in ipſo manebat prædio, cum omnibus uſuariis & appenditiis ſuis, cum omni decima indominacatus proprii, nec non & tota juſtitia ipſius prædii.

Advocatiam vero ipſius prædii liberam reliquit in manu Leodienſis Epiſcopi, ut ei ſoli de omni injuſtitia reclamet Eccleſia S. Laurentii, & ut nunquam eandem Advocatiam in beneficium det alicui. Nam in pretium redemptionis animæ ſuæ, ipſum Allodium Deo & S. Laurentio obtulit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

lit, & ideo Leodienſem Epiſcopum Advocatum ibi eſſe voluit, qui ſpecialis proviſor & paſtor erat ipſius Walteri, tanquam liberi hominis, ſicut & cæterorum liberorum hominum principatus proprii.

Homines vero, qui de terra cenſuali ejuſdem prædii ſunt beneficiati, fundos ſuos ab Abbate tenebunt, ſicut eo die tenebãt, quo ipſum prædium S. Laurentio eſt traditum, nec præter ſimplicem terræ cenſum aliquod requiſitionis jus, ſive ullam diſtrictionem ibi habebunt: quia omnia hæc ad Abbatem pertinentia ſunt, & ei de omni injuſtitia eſt proclamandum.

Diffinitum eſt etiam, ut nec Walterus dum vivit, nec poſt eum Abbas aliquis quidquam de terra & decima indominicali, vel de cenſu, ſive de omni reditu ejuſdem prædii beneficiare aut diminuere poſſit; eo quod eleemoſyna Deo & S. Laurentio oblata ſit.

Ipſe vero Walterus uſumfructum ejuſdem prædii in vita ſua ſibi ex integro retinuit: & ideo, ne vel ab ipſo dum vivit, vel ab aliquo, poſtquam obierit, ulla ſurreptione infringi poſſit, ſummam terræ ad indominicatum S. Laurentii pertinentis, ſummam quoque cenſus, aliorumve redituum, hic ſubannotari placuit.

Primo quidem totam decimam ad indominicatum S. Laurentii pertinentẽ, ſive in fructibus terræ cultilis, ſive in fructibus domeſtici nutriminis: deinde viginti bona-

ria

ria terræ indominicalia, & de terra cenſuali ſolidos XLI. & III. denarios, in tribus terminis, Epiphania ſcilicet, & Nativitate ſancti Ioannis, & feſtivitate S. Remigii. Qnatuor quoque modios avenæ, in ſolennitate S. Martini, & XXII. capones in Natali Domini, & octo panes, cum totidem cereviſiæ picariis.

Familia quoque ipſius prædii, id eſt, ſervi & ancillę ſingulis annis cenſum ſolvent capitis ſui denarios X. unum ad altare S. Laurentii, in feſtivitate S. Martini. Et cum aliquis eorum ſine hærede obierit XII. denarios dimittet Eccleſiæ S. Laurentii.

Quæ omnia nos rata & inconvulſa perpetuo manere decernimus, & pro confirmationis teſtimonio chartam hanc conſcribi juſſimus, & noſtri ſigilli impreſſione roboravimus, excommnnicantes & æternæ maledictionis anathemate condemnantes eos, qui quovis malignitatis ingenio quidlibet horum infringere tentaverint, & Eccleſiæ S. Laurentii ullam inquietudinem aut moleſtiam concitaverint.

Teſtes fuerunt Archidiaconi omnes.
Andreas Præpoſitus.
Henricus Decanus.
Henricus junior.
Alexander, Adelmanus, Seppo.
Emmo, & alii multi ex clero S. Lamberti.

De non

De nobilibus viris.

Godefredus Comes Namurcenſis.
Arnulphus Comes Loſſenſis.
Gisbertus, Comes de Thuerate.
Lambertus Comes de Monteacuto.
Wigerus Advocatus.
Willelmus de Loſſez.
Godeſchalcus de Merelevers, frater ejuſdem Walteri, & alii multi de familia Eccleſiæ.
Theodericus de Ponte.
Widericus de Prato. Avelinus.
Lambertus de Hoyo, & Arnulphus frater ejus.
Albertus de Villier, & Theodericus frater ejus, & alii multi.

Actum Leodii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo viceſimo quarto, Indictione prima, regnante Henrico V. anno regni ejus decimo ſeptimo.

DIPLOMA XX.

Conventus apud Marſnam, prope Traiectum Moſæ, anno 847 celebratus, per Lotharium Imperatorem, Ludovicum Germaniæ, & Carolum Calvum Franciæ Reges, fratres.

HÆc quæ ſequuntur Capitula ſunt, quando tres Reges fratres Lothariu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſcilicet, Ludovicus & Carolus, ſimul convenerunt ſecus municipium Trajectum, in loco qui dicitur *Marſna*, anno Incarnationis Dominicæ octogeſimo quadrageſimo ſeptimo, per menſem Februarium, quæ etiam Capitula ſingulorum adnuntiationes ſequuntur.

De pace & concordia atque unanimitate trium fratrum & Regum inter ſe, & quod veriſſimo & non ficto caritatis vinculo ſint uniti, & ut nullus deinceps ſcandalorum inter eos occaſiones ſerere poſſit.

Vt ipſi mutuo ſibi auxilientur, & contra Dei ſanctæque Eccleſiæ ac ſuos inimicos ſecundum oportunitatem temporis invicem adjuvent.

Vt nemo per quamlibet cupiditatem leges pacis in cujuſlibet eorum regno convellere præſumat, quod ſi facere præſumpſerit, communem ab eis ultionem incurrat.

Vt Eccleſiæ Chriſti per omne eorum regnum priſtinam dignitatem honoremque retineant: & quidquid ſuperſtite domino Ludovico Imperatore jure legitimo poſſederunt abſque ulla diminutione recipiant.

Vt ſingulis eorum fidelibus talis lex conſervetur, qualem temporibus priorum Regum & præcipue avi patriſque eorum habuiſſe noſcuntur: ſi tamen & ipſi priſtinam fidem erga ipſos conſervent.

Vt rapinæ & deprædationes quæ quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

jure legitimo hactenus factæ ſunt, penitus interdicantur, & nemo ſe impunè poſt hæc eas præſumere poſſe confidat.

Vt in ſingulis partibus regni Miſſi idonei conſtituantur, qui querelas pauperum & oppreſſiones, ſive quorumcumque cauſſas examinare & ſecundum legis æquitatem valeant definire. Et ſi ab uno in aliud regnum hujuſmodi præſumptores confugerint, ibi ſimiliter opprimantur.

Vt nullus in omni eorum regno deinceps raptum facere præſumat, aut ſi fecerit legaliter puniatur.

Vt Regum filii legitimam hæreditatem regni ſecundum definitas præſenti tempore portiones poſt eos retineant, & hoc quicunque ex fratribus ſuperſtes fratribus fuerit, conſentiat, ſi tamen ipſi nepotes patruis obedientes eſſe conſenſerint.

Vt legati ad Ducem Brittonum mittantur, qui de communi erga eos obſervatione pacis eum commoneant.

Vt ſimiliter ad Regem Normannorum legati mittantur, qui eum conteſtentur, quod aut pacem ſervare ſtudebit, aut communiter eos infenſos habebit.

DIPLOMA XXI.

Ludovicus Germaniæ Rex Lauuium, Foſſas, & alia loca Stephano Leodicenſi Epiſcopo attribuit, ſeu confirmat, an. 908.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus, divina ordinante gratia Rex. Si Eccleſiis Dei, ſuiſque rectoribus aliquid emeliorationis, ad majora ſublevando, roboramus, dubium non eſt à Deo nos accepturos retributionem, propter cujus hæc agimus honorem.

Quocirca omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, & noſtrorum præſens futuraque comperiat generalitas, quoniam Hedrimannus, Agrippinenſis Eccleſiæ Archipræſul inclytus, ſimulque *Repehardus* & *Reginharius* egregii Comites, ad noſtræ ſublimitatis accedentes excellentiam, vice Stephani venerabilis Epiſcopi, humiliter ſunt deprecati, ut ob Dei, ſanctæque Mariæ, atque Lamberti martyris amorem, cuncta quæ retro omnibus temporibus, Tungrenſi Eccleſiæ fuerunt tradita à noſtris prædeceſſoribus, pari voto, eidem habenda concederemus, ac noſtræ auctoritatis præcepto inviolando tutaremur. Quorum itaque petitionibus tanto libentius ceſſimus, quanto amplius id nobis à patribus noſtris profuturum proſpeximus.

Idcirco

Idcirco hoc noſtræ confirmationis præceptum fieri juſſimus, per quod *Laubacenſem* Abbatiam à Domino patre noſtro, Arnulpho, Rege glorioſiſſimo datam, in pago ac in Comitatu Huinuenſi ſitam, cujus ad præſens Comes videtur adeſſe Sigehardus, ac fiſcum nomine *Tectis* à Rege *Suendi polobo* fratre noſtro conceſſum in pago ac Comitatu Liuvienſi poſitum: cujus etiam in præſentiarum idem Comes dignoſcitur exiſtere Sigehardus: atque Abbatiam nomine *Foſſas*, per præſtariam, à Giſla Abbatiſſa, noſtra conſanguinea, noſtræ voluntatis conſenſu, acquiſitam, in pago ac in Comitatu Lummenſi conſtitutam, cujus nunc adeſt Comes Berengarius: inſuper teloneum, ac monetam de Trajecto, noſtra donatione, cum conſenſu Albuini, eo tempore illius Comitis, conceſſam: pariter quoque Abbatiam *Heribotesheim* nomine dictam, quæ à Gerhardo quondam Comite proprio jure habita poſtea, pro culpa infidelitatis, contra noſtram Serenitatem exhibita, noſtro ceſſit donatui verſa, quam prælibato Stephano ipſius proprio affini, quandoquidem manſit ſemper fidelis, dare volentes: tamen ſuæ jam dictæ Eccleſiæ ipſius precatu dedimus: hæc nominata, & omnia cetera, cum omni ſuorum integritate, quæ ibi nunc ſunt, vel juſte acquiri poterunt, jam ſæpius dictæ Eccleſiæ Paſtorique præſenti Stephano, & qui Dei nutu ven-

turi ſunt, æternaliter poſſidenda concedimus.

Eo videlicet ordinis modo, ut quidquid ſecundum Dei ac ſuam diſpoſitionem facere maluerint, libero, quemadmodum ex aliis eccleſiaſticis rebus, in faciendo potiantur arbitrio, quatenus ob hanc noſtræ mercedis ſeu parentum noſtrorum emeliorationem, pro nobis & pro illis præſens, futurique Præſules, cum omni ſibi congregatioue commiſſa, Deum libenter exorare feſtinent.

Vt autem hujus noſtræ auctoritatis confirmatio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem manu propria eam ſubterfirmavimus, annulique noſtri impreſſione, inſigniri juſſimus.

Signum Domini Ludovici Sereniſſimi Regis.

Ernuldus Cancellarius, ad vicem Ratpoti Archicancellarii, recognovit. Datum V. Kalendas Februarii, anno Incarnationis nongenteſimo octavo. Indictione undecima, anno autem regni Domini Ludovici octavo. Actum Aquiſgrani palatio feliciter. Amen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DIPLOMA XXII.

Otho II. Imp. confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Leodicenſis an. 981.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otho divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverint omnes noſtri fideles, tam præſentes quam etiam futuri, quod venerabilis Epiſcopus Leodicenſium Noterus præcepta quædam noſtris obtulit obtutibus, quæ ab anteceſſoribus noſtris Pipino, Carolo, Ludovico, & item Carolo, Regibus Francorum, collata erant Eccleſiæ S. Mariæ & S. Lamberti, & inſuper à patre noſtro Othone Imperatore confirmata, ſuper univerſas poſſeſſiones ejuſdem matris Eccleſiæ: quarum iſtæ ſunt capitales, Hoyum, Foſſes, Lobies, Tungres, ... & ſuper cætera loca, cum omnibus rebus & hominibus ad ea pertinentibus, ut omni publica poteſtate excluſa, in manu Epiſcopi ſingulariter conſiſtant.

Nos itaque eamdem ſanctæ Eccleſiæ dignitatem conſiderantes, imperiali edicto præcipimus, ut nullus Comes, nullus Iudex, niſi cui Epiſcopus commiſerit, audeat poteſtatem exercere ſuper ea loca, neque placitum habere, aut freda, aut tributa, aut bannos, aut telonia, aut reditus de ſtatione navium exigere, neque in quibuslibet aliis, quæ vel nunc habentur, vel de cætero habenda ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Si quis autem contra hoc noſtrum præceptum egerit, & ullam vim in rebus Eccleſiæ, ſub nomine poteſtatis, fecerit, & bannum regium componat, & conatus ejus irritus fiat. Hanc auctoritatem manu propria firmauimus & annulli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Hildibaldus Cancellarius, ad vicem Willigiſi Archicapellani, notavi. Datum VIII. Idus Ianuarii, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo octogeſimo primo, regni Othonis II. decimo nono, Imperii vero XIII. Indictione VI. Actum in Gruona.

DIPLOMA XXIII.

Otho III Imp. an. 985. donat Notgero Leodicenſi Epiſcopo Comitatum Hoyenſem ſeu Huyenſem, quem Anfridus Comes antea tenuerat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otho divina favente clementia, Rex. Cunctis fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris per ſcripti hujus prætitulationem manifeſtari voluimus: quia adiit Celſitudinem noſtram venerabilis, & fidelitatis noſtræ in omnibus executor, Notgerus, Tungrenſium vel Leodicenſium Epiſcopus, ut ei vel ſucceſſoribus ſuis, S. Mariæ, ſanctoque

Lam-

Lamberto deſervituris, Comitatum Hoyenſem, qui in noſtra ditione hactenus erat, quemque Aufridus Comes, illuſtris vir, qui illum ad præſens tenebat, pro Dei honore, & prædictorum Sanctorum veneratione, ipſiuſque Epiſcopi amore reddiderat, perpetuo habendum concederemus.

Et quia quod reliquum erat regiæ ditionis, in moneta ſcilicet, & telonio, reliquiſque reditibus, munificentia Regum vel Imperatorum, prædeceſſorum noſtrorum, Eccleſiæ S. Mariæ, in Leodio vel Hoyo poſitæ, jam ceſſerat & dilectiſſima mater noſtra Theophania Imperatrix, fiendum petebat, ratum duximus ejus ſubſervire petitioni.

Igitur ſuper id quod ab anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus, Eccleſiæ jam dictæ Tungrenſi vel Leodienſi conceſſum fuerat, ſcilicet in vicis Trajecto, Hoyo .... Deonanto, vel in Monaſteriis, caſtellis, cortibus, & villis, iam ad ſervitium ejuſdem Epiſcopi acquiſitis, vel de cetero adquirendis, id eſt: ut nullus Comes vel ſub Comite agens, vel Iudex, aut ex judiciaria poteſtate, exceptis eis qui ab Epiſcopo ſuffecti fuerint, in loca ſupradicta reſidere audeat, vel ad cauſſas audiendas, aut freda aut tributa, aut bannos, aut telonia aut reditum de ſtatione navium, aut aliquod omnino diſtrictum exigendum, aut manſiones vel pa-

ratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut ullas redibitiones aut illicitas occaſiones inquirendas, ſicut continebatur in præceptis Regiis vel Imperialibus, munificentiæ vel immunitatis intuitu, ſuper denominatis Eccleſiis jam olim conceſſis.

Super hæc, inquam, omnia, quæ dicta ſunt, quæque ab anteceſſoribus noſtris Eccleſiæ S. Mariæ ſanctique Lamberti conceſſa ſunt, concedimus eidem venerabili Nothero Epiſcopo, & per eum, omnibus ejus ſucceſſoribus, quod reliquum Hoyenſis Comitatus in noſtra ditione ſuperfuerat, infra eumdum vicum, vel extra, ut tam idem Epiſcopus, quam & reliqui per ſuccedentia tempora Epiſcopi, cuicumque fidelium ſuorum & noſtrorum militum vel amicorum, dari illum cenſuerint, liberam habeant facultatem: ſalva tamen, ſi ita Epiſcopo viſum fuerit, in dando noſtra reverentia, vel propter debitum nobis ab omnibus honorem, vel propter bannum legalius faciendum.

Itaque pro animæ noſtræ vel anteceſſorum noſtrorum remedio, vel Dei ſervitio melius & fidelius explendo, quidquid Cameræ noſtræ provenire poterat ex Comitatu jam dicto, Eccleſiæ ſupradictæ, vel noſtri Epiſcopi ..... cedendum permittimus.

Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum & firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria firmavi-

maximus, & annuli noſtri impreſſione ſubterſignari juſſimus.

Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius, vice Willigiſi Archicapellani, recognovi. Datum Nonis Iunii, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo octogeſimo quinto, Indictione XIII. anno vero Tertii Othonis regnantis ſecundo. Actum in Gilenheim, feliciter, Amen.

DIPLOMA XXIV.

Rodulphus, Abbas & Chronographus Trudonenſis, VValeramo Duci Limburgenſi, & Advocato Monaſterii Trudonenſis, per Epiſtolam explicat originem ac ſtatum ejuſdem ſui Monaſterii, circa an. 1130.

GLorioſo Principi & Advocato ſuo majori Waleramo Abbas Rodulphus, & congregatio S. Trudonis fideles orationes & ferventes. Quia quæſiviſtis à nobis, notum vobis facimus breviter, Dominum noſtrum S. Trudonem progenitum fuiſſe de nobili ſtirpe Francorum Regum, & Ducum Auſtraſiorum; propter amorem Dei, reliquiſſe militiam ſæcularem, & Angelica revelatione, & beati Remacli admonitione Metas tranſiſſe, & omne patrimonium ſuum B. Protomartyri Stephano tradidiſſe: literas ibi didiciſſe, multis miraculis ibidem claruiſſe,

claruiſſe, & uſque ad ſacerdotis virtutem, ſcientiam & gradum perveniſſe: deinde ad terram noſtram reverſum, Cœnobium noſtrum fundaſſe.

Tanta autem & tot fuerunt prædia ſua, quæ beato protomattyti Stephano tradidit, ut exceptis his quæ Dominus Metenſis Epiſcopus ad Dominicalia ſua tenet, & milites ejus multi in beneficiis habent, & exceptis his quæ Eccleſia noſtra adhuc poſſidet, & exceptis multis & magnis, quæ tam olim Eccleſia noſtra perdidit (nam inter cetera Bruges in Flandria alodium S. Trudonis fuit, ubi & congregationem lxxx. Monachorum habuit) exceptis his, inquam, & aliis multis, tot & tanta fuerunt, ut vos habeatis inde in feodo, pro Advocatia, mille & centum manſos. De quibus Comes Giſelbertus tenet de nobis trecentos, exceptis Eccleſiis & ſervis ad eam pertinentibns, & placitis ſuis & juſtitiis ſuis.

Et quia tantis alodiis ditavit S. Trudo Metenſem Eccleſiam, ſancti & religioſi Pontifices, majori liberalitate donaverunt Eccleſiam noſtram, quam aliam aliquam.

Miſimus igitur vobis, quia petiſtis, exemplar chartæ de libertate noſtræ Eccleſiæ & de jure veſtro in ea: quia noſter major Advocatus eſtis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

DIPLOMA XXIV.

Adelbero Metenſis Epiſcopus explicat iura ad Monaſterij Trudonenſis Advocatum & Subadvocatum pertinentia, anno 1065,

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Adelbero Metenſis Epiſcopus, notum eſſe volumus omnibus, nos villam S. Trudonis, quæ Sarcinium dicitur, veniſſe, & ob contentionem inter germanum meum Ducem Lotharingiæ ſeu Moſellanorum Fredericum, & Abbatem S. Trudonis, nuper exortam in advocatione ejuſdem loci (quam eidem fratri meo dederam in beneficio) conſilio fidelium noſtrorum uſus, quid noſtri & Advocati juris eſſet in ipſa villa, vel in reliqua Abbatia, ad nos attinente, in præſentia ejuſdem Advocati majores natu conſuluiſſe, ut ſupra hoc negotio quidquid à majoribus ſuis didicerunt, vel ipſi uſque ad illud tempus tenuerunt, fideliter proferrent, & nec timoris, nec amoris gratia in quamlibet partem plùs minuſve dicendo declararent.

Qui ſacramento adſtricti nominatim protulerunt, quaſdam curtes eſſe in ipſa Abbatia, id eſt, *Bruloi, Lare, Mere, VVilre, Kirchеim, Staden, Halmale*, in quibus nunquam aliquid ..... juris a meis conceſſum

ceſſum eſt Advocato : quia eædem ſtipendiis adſcriptæ fratrum, nulli alteri obaudire debent, quam Præpoſito, & ejuſdem Monaſterii Cellerario.

In Villa autem S. Trudonis, vel in reliquis Abbatiæ villis, profeſſi ſunt, ipſi Duci (quia ut dictum eſt, Advocatiam in beneficio tenebat) ſive Advocato ab eo conſtituto, & tribus generalibus placitis, & magno banno, ſi quis fortè infra villam occiſus vel vulneratus fuerit, tertium denarium debere aſſignari, reliquos autem duos vel mihi vel Abbati.

Ceterum teſtati ſunt, Abbatis vel Villici mei eſſe arbitrii, ut legitimè & liberè, quidquid libuerit ſine Advocato poſſent placitare ſcilicet de terris, de domibus, de alienis uxoribus ducendis, de familiis, niſi grandi fortè exigente negotio, ab Abbate vel miniſtro meo ad rem diſcutiendam invitatus fuerit.

His ergo ita in prædicta villa inquiſitis, & abſque alicujus contradictione collaudatis, aliquanto tempore tranſacto, poſt deceſſum felicis memoriæ jam dicti fratris mei, iterum iidem, qui prius in præſentiam noſtram in caſtello noſtro Salemburca venire juſſi, præſente Domino Vdone, fratris mei ſucceſſore, eamdem Advocatiam in beneficio à nobis habente & Othone Subadvocato, eodem modo, quo prius admoniti, quæ antea potuerunt tunc utique ſunt profeſſi.

Qua-

Quapropter quibuſdam fidelibus noſtris, qui tunc temporis nobiſcum aderant, conſilium præbentibus, quorum etiam nomina infra notari juſſimus, ne quis hoc poſtmodum valeat vel audeat infringere ſub certa deſcriptione placuit tam preſentium quem futurorum memoriæ commendare. Et ut hoc firmum & inconvulſum habeatur, manu propria illud roboravimus, & fidelium noſtrorum teſtimonio, roborari fecimus.

Actum publice in ſupradicto caſtello Salemburca anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſexageſimo quinto, Indictione tertia, regnante Henrico III. Adelbero ſanctæ Metenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus ſubſcripſit.

Adelbero ſanctæ Metenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus ſubſcripſit.

Dominus Adelbero Primicerius.

Dominus Theodericus, nepos ejus.

Dominus Gervoldus Archidiaconus.

Dominus Odelricus, frater Ducis Gerardi.

Fredericus, Herimannus, Riquinus.

Otho, Bardo, Bernardus.

Stephanus. Guntramnus, Wigericus.

Herimanus, Hugo, Gervoldus.

Leudoldus, Theodericus, Arnulphus.

Berengerus, Fæideco, Giſlebertus,

Fiezeco, Adelſtenus, Wacelinus.

Guncelmus, item Wacelinus.

Ego Giſelbertus, ad vicem D. Thetefridi,

fridi, Metenſis Eccleſiæ Cancellarii, ſubſcripſi.

DIPLOMA XXVI.

Theodericus Metenſis Epiſcopus Monaſterio S. Trudonis Scrutum ſive Grutam ejuſdem opidi Trudonopolitani dederat: id ſucceſſor ejus Adelbero confirmat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, qualiter Dominus Theodericus Mediomatricæ ſedis Epiſcopus, in Cœnobio S. Trudonis, per aliquot dies vel tempus moratus, & ibi in ægritudinem incidens ad extremum perveniens cum conſilio amicorum ſuorum donavit eidem Eccleſiæ, & fratribus inibi Deo ſervientibus *Scrutum* ejuſdem opidi, hoc eſt, poteſtatem ponere & deponere illum, qui materiam faceret unde levarentur cereviſiæ, & de ſingulis cereviſiis quæ braſcicarentur in opido noſtro ſex picarios, ad opus fratrum ſuſcipere, quod ad ſervitium .... & anteceſſorum ſuorum pertinebat. Hoc autem ad remedium animæ ſuæ, & aliorum anteceſſorum ſuorum fecit, quatenus memoria eorum non ſicut ante, ſed perfectius & ſtabilius permaneret.

Hoc ego Adelbero ſucceſſor ejus, & cogna-

cognatione & ordine, quamvis immeritus, in loco ſupradicto conſtitutus advertens, ſimulque cauſſam & neceſſitatem, pro qua prædicti fratres hoc ab eodem Domino meo Epiſcopo expoſtulabant, conſiderans, ſcilicet ut eorum potus, qui eatenus vilior habebatur, poſtea quodammodo melioraretur, decrevi manuſcripti auctoritate notare, meoque ſigillo ſignare Domino Abbati Adelardo ſecundo loci illius, ceteriſque fratribus hoc idem poſtulantibus, quatenus hoc nullus ſucceſſorum meorum infringere audeat, quod ipſe ad remedium animæ ſuæ prædicto Sancto ſibique familiaribus contulit. Ego quoque cauſſa animæ meæ hoc firmavi. Quicumque eſt...., ille detrimento faciat animæ ſuæ.

Actum eſt hoc in Cœnobio prædicti S. Trudonis, anno ab Incarnatione Domini MLX..... Indictione XIII. regnante Rege Henrico III. anno regni ejus quarto, anno Epiſcopatus ejuſdem Domini Adelberonis XIII. coram idoneis teſtibus, quorum nomina ſubter notata ſunt,

Nomina nobilium.

Signum Advocati Ducis Frederici.
S. Subadvocati Comitis Othonis.
S. Folmari Comitis.
S. Herimanni Comitis.
S. Richuini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

S. Herimanni.
S. Aufridi.
S. Crachii.
S. Othonis.
S. Bardonis.
S. Walberti.
S. Theodorici.
S. Vaſonis.
S. Gunzelini.

Nomina plebejorum de familiæ.

S. Raimundi.
S. Wichmanni.
S. Aſcolphi.
S. Stephani.
S. Ruthardi.
S. Lamberti.
S. Everardi.
S. Lizeconis.
S. Lideconis.

Ego Raimundus, ad vicem Domini A-ſonis Cancellarii, ſcripſi & ſubſcripſi.

DIPLOMA XXVI.

Theoduinus Leodienſis Epiſcopus in Hoyen-ſeu Huyenſi eccleſia XV. Canonicos an. 1066. conſtituit.

EGo Theoduinus, Dei gratia Leodi-cenſis Epiſcopus, notum eſſe vo-

ta

tam præſentibus quam futuris, qualiter poſt libertatem Hoyenſis Eccleſiæ, quam Maternus beatæ memoriæ Epiſcopus conſecrando primitiavit, adjecerim libertatem etiam villæ. Præfatam ſiquidem Eccleſiam à fundamentis ad laquearia, à laquearibus & ultra reædificavi; quam etiam in auro, argento, gemmis & prædiis, pro modulo meo ditavi, & de Agar Saram eſſe feci.

Prænominata vero villa pro libertate ſua, ad ſumptus Eccleſiæ neceſſarios, omnia mobilia ſua primo mihi tertiavit; quia libertate ut amplius frueretur, poſtmodum dimidiavit.

Prima libertas hæc eſt, quod defuncto n pace Epiſcopo, uſque ad plenariam alterius inſtitutionem, Burgenſes villæ bona de & bono conſilio, caſtrum Hoyenſe de editibus villæ conſervabunt. Si vero nos, el aliquis ſucceſſorum noſtrorum præſcriptam libertatem, vel aliqua jura eorum (quod abſit) infringere tentaverit, oncedimus & ſtatuimus, ut Dux Lothangiæ, & alii tam clerici quam laici ſubotati ad conſervandum libertatem, & jura eorum (admonitione tamen præmiſſa) s efficaciter aſſiſtere non omittant.

Die tertio dedicationis Hoyenſis Eccleſiæ, hæc omnia ſupradicta à meipſo corborata ſunt & confirmata, ſub anathematis vinculo, & à compare meo & cooperatore Lietberto Cameracenſi Epiſc. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ab omnibus ſacerdotibus inibi aſtantibus. Et ne in poſterum prece vel pretio iſta poſſent immutari, impreſſione ſigilli noſtri prædicta voluimus communiri, ſub aſſenſu & teſtimonio tam clericorum quam laicorum.

Acta ſunt hæc anno Domini MLXVI. Indictione IV. Pontificatus noſtri anno XVIII. regni vero Henrici XI.

DIPLOMA XXVII.

Lotharius III. Imp. jura ac privilegia Eccleſiæ S. Servatij Trajectenſis ad Moſam anno 1132. confirmat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Lotharius hujus nominis Rex Romanorum tertius. Notum ſit omnibus tam poſteris quam preſentibus, quod ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum, Trajectenſi Eccleſiæ beati Servarii quamdam legem & Iuſtitiam renovavimus, quam antea trecentis annis, & eo amplius in quiete & ſilentio tenuerat; & eam adſenſu & favore Alexandri Leodienſis Epiſcopi, confirmavimus, ad deſtruendam controverſiam, quam Præpoſitus & Fratres de S. Maria Trajecti, in contradictione ejuſdem legis, ſuſcitaverant.

Eſt autem ipſa lex & Iuſtitia talis, quo

Eccle

Eccleſia parochiæ S. Servatii ſola in Trajectenſi urbe habet decimas & terminum: & omnes, de quacumque regione ad manendum ibi confluxerint, præter familiam S. Mariæ, ſanctique Lamberti, ad juſtitiam Regis pertinent, & in parochia S. Servatii baptizari & ſepeliri debent.

Et conſuetudo eſt, longo uſu in habitum converſa, ut presbyter parochiæ S. Servatii, & presbyter parochiæ S. Mariæ, præſidente Archidiacono, communiter, habeant Synodum in Eccleſia S. Mariæ: ta ut presbyter parochiæ S. Servatii appellet ſuos, videlicet omnes pertinentes d juſtitiam Regis, ubicunque maneant n eadem urbe, & culpas eorum ſynodali ege corrigat.

Quod ſi quis hanc juſtitiam ulterius iningere tentaverit, offenſam Dei & noram & ſucceſſorum noſtrorum, Regali oteſtate fungentium, incurrere meretur: quia dignum eſt, ut quod tam libe- Eccleſia, regno attinens, tanto tempe- obtinuit, noſtro Regali banno ſtabile inconvulſum permaneat.

Actum eſt hoc Aquiſgrani, in Paſchacuria, anno ab Incarnatione Domini C. XXXII. Indictione, x. regnante thario hujus nominis Rege III. Alendro Epiſcopo Leodii exiſtente.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Hujus rei teſtes fuerunt.

Wilhelmus Præneſtinus Epiſcopus Cardinalis.
Matthæus Albanenſis Epiſcopus Cardinalis.
Ioannes de Crema presbyter Cardinalis.
Wido Diaconus Cardinalis.
Albero Treverenſis Archiepiſcopus.
Stephanus Metenſis Epiſcopus.
Lietardus Cameracenſis Epiſcopus.

De Principibus.

Dux Waleramus.
Dux Simon.
Comes Alnulphus de Los.
Goſuinus de Falcomonte.
Gerardus Hoſtade.

De Fratribus Eccleſiæ.

Ioannes Decanus.
Winandus Cuſtos.
Reinerus Scholaſticus.
Willo Camerarius.
Henricus Cantor.

De Miniſtris.

Godefridus. Chriſtianus. Walter[illegible]
Signum Domini Lotharii invictiſſ[illegible] Romanorum Regis III.
Ego Anſelmus, ad vicem Adelberti [illegible]guntini Archiepiſcopi, Archicancell[illegible] recognovi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

HISTORIA Obſidionis TRAIECTI AD MOSAM

Facta

Auſpiciis Alexandri Farneſii Ducis Parmenſis &c,

Auctore

Richardo Dinotho.

ANno 1579. Maſtrichtum ab equitatu Parmenſi circumdatum eſt, pedites ſtatim acceſſere, qui ab utraque fluminis ripa caſtrametati ſunt, ut ſeſe mutuo juvare commode poſſent, binis pontibus ex ſcaphis ad duo urbis extrema conſtructis, in iiſque firmiſſimo impoſito præſidio. Erant in urbe milites exteri circiter mille, partim Galli & Walones, partim Angli & Scoti, & duodecim civium centenariæ cohortes. Sed maximo adjumento illis fuere duo ruſticorum millia, qui cum uxoribus ac liberis & meliori ſupellectile eo, tanquam in locum tutum, confugerant. Hi in foſſis ducendis, & reparandis aggeribus, ſtrenuam nauarunt operam: qui tamen magna ex parte periere, aut hoſtilibus tor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

mentis diſcerpti, aut in cuniculis agendis terra oppreſſi. Erat ibi tum Noæus, qui celeritate hoſtium præventus, majores copias introducere non potuit. & Antverpiam ab Aurantio accerſitus, cuidam Sebaſtiano Gallo tribuno adminiſtrationem civitatis tradidit. Hic conatus omnes, promtitudine ſuorum uſus, adhibuit, ut Parmenſem ab obſidione averteret, levia ferens certamina, varias ſtruens inſidias, & circumvicina ædificia incendens: ſed nulla vi prohibere potuit, quominus caſtra circum urbem locarent hoſtes, & prope mœnia accederent.

Primum tredecim muralia tormenta, cum viginti campeſtribus, ad quatienda mœnia promovere: alia poſtea acceſſere, ita ut quinquaginta omnino tormentis murus fuerit diverberatus. Diu in conſilio fuit diſputatum, qua in parte potiſſimum adgredienda mœnia eſſent, tandem conſentientibus ſuffragiis, decretum, ut ea parte, qua debilior erat murus, minuſque lata foſſa, urbs quateretur, quod oppugnantibus militibus facilior daretur acceſſus. Sed hoc incommodum non animadverſum, quod locus, à mœnibus vacuus, novam foſſam ducendi, & aggerem extruendi poteſtatem dabat. Primum quati mœnia cœperunt, qua parte urbs ad Leodium ſpectat, quę brevi ſunt dejecta. Sed cum oppugnatio inſtituenda eſſet, animadvertere, qui ad explorandam

mœnium

mœnium ruinam præmiſſi fuerant foſſam ſatis latam, quam obſeſſi pulvere ſulphureo, clavis & taxillis ferreis impleverant. Conſpecto periculo Hiſpani, ab oppugnatione ſuperſedere ſtatuere, & tormenta in aliam mœnium partem tranſlata, quibus dejectis, oppugnationem ad utramque ruinam inſtituendam Parmenſis, ex omnium ducum conſilio, ſtatuit. Ad primam ruinam regio, quæ à fœdere dicebatur, deſtinata eſt · id nomen ſortita, quod in navali prælio ad Lepantum cum Auſtriaco fuerat. Ad ſecundam legio Lombardiæ adſignata fuit, cui multæ Germanorum & Wallonum turmæ adhærebant. Antequam autem ſignum pugnæ daretur: tormenta ad utramque ruinam per novem horas continenti impetu fulminarunt. Mondraco ultra amnem erat, qui ex obliquo propugnatores, ad ſecundam ruinam defendendam adcedentes, tormentariis pilis impetebat. Primi Itali, Fabiano Farneſio Duce, ad eam ruinam progreſſi ſunt: quorum promptitudinem & alacritatem Hiſpani conſpicati, ne gloria victoriæ, quam exploratam & certiſſimam eſſe putabant, ipſis præriperetur, gradum accelerantes, ad ſummum ruinæ pervaſere, audaciſſime cum hoſtibus manus conſerentes. Non minus alacriter in prima ruina certabatur ab iis, quibus id munus erat impoſitum. Ante pugnam effoſſus cuniculus incenſus fuit, ſed eventum, qui ſpe-

rabatur, non habuit. Tanta autem animorum contentione ab oppugnantibus & propugnatoribus ibi eſt depugnatum, ut neque acrius neque atrocius ab ullis fieri poſſe, omnes judicarent: ejulatibus ſauciorum & diſſonis pugnantium clamoribus omnia complentibus. vix ad primam ruinam pugna contracta erat, cum eques citato maximè curſu advenit, nuncians, ſocios per ſecundam ruinam, vi patefacto aditu, in urbem penetraſſe. Id à Parmenſi fingebatur, ut invadentibus animus augeretur, & defenſoribus metus incuteretur: hunc ſequutus eſt unus atque alter, qui idem renunciarunt: à prima ruina ad ſecundam tres pariter, ad ementitam ſuorum victoriam nunciandam, miſſi ſunt: ſed propugnatores, ſive quod aſtum hoſtium intelligerent, ſive quod in manibus ſuis ſalutem eſſe poſitam ſcirent, & nihil in fuga commodi apparere: non ſe ad eas voces commovere, ſed conſtanter depugnantes, hoſtium impetum egregiè ſuſtinuere, ita ut hi cum magna ſuorum cæde prælio excedere, & in caſtra ſe recipere coacti ſint. In ſecunda ruina magnam ſtragem edidere ſex tormenta neutica, quæ quod propter exemtiles capſas, quæ tubo per vices adaptantur, ad implendum retrahi non neceſſe eſt, celerius & expeditius adminiſtrantur. Ea in turricula, quæ vi tormentorum caſtrenſium dejici non potuerat, collocata erant,

& de-

& deſtinatis ictibus mœnia invadentes impetebant; ita, ut pila una ſæpius bini ternive ſternerentur, aut brachiis tibiiſve mutilati, pugnæ inutiles redderentur. Major etiam cædes edita fuiſſet, ſi ſulfureus pulvis pro votis ſuppetiiſſet, ſed tum apud invadentes tum defendentes, & in utraque ruina ignis pulveris cados corripuit, ita ut magnus numerus uſtulatorum hominum in foſſa viſeretur. Hoc autem accidit culpa militum, qui lagunculas implentes, funiculos accenſos in brachiis geſtabant. Periere ex Hiſpanis notæ fortitudinis duces undecim, ſigniferi quinque: ex Italis tredecim duces trucidati ſunt, undecim vulnerati: gregariorum militum numerus ſupra tria millia fuiſſe dicebatur. Ex oppidanis multi etiam periere, tormentis maxima ex parte diſcerpti, quorum major numerus ex foſſoribus fuit. De toto pugnę ſucceſſu Aurantium ſtatim fecere certiorem, ab eoque auxilium poſtularunt. Is tria equitum millia ſe illis miſſurum promiſit.

Hiſpani, à mœnibus cum magna ſuorum jactura repulſi, animos nequaquam deſpondere: quin in primo expugnandæ urbis propoſito permanentes, aſſidua tormentorum diverberatione, & omni oppugnationis genere, obſeſſos plurimum infeſtarunt: omnes tamen ipſorum conatus, diligentia atque induſtria defenſorum, irriti redditi ſunt: quod Par-

men-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

menſem, quamvis in propoſito, de non omittenda obſidione, conſtantem, non parum terrebat. Cum vero non ſatis amplum tormentorum apparatum, ad tanti ambitus urbem, firmiſſimo præſidio munitam, diverberandam, ſe habere cerneret, à Leodienſibus viginti tormenta petivit: & quia magnus numerus militum in oppugnationibus amiſſus eſſet: finitimarum urbium atque arcium præſidia in caſtra accerſita ſunt. Miſere Leodienſes non ſolum tormenta, quæ petebantur; ſed etiam quatuor operarum millia cum multo bellico inſtrumento.

His copiis auctus Parmenſis ſumma vi atque pertinacia adoriri obſeſſos cœpit: ſed cum neque oppugnationibus neque cuniculis eorum animos frangere poſſet, qui omnibus ipſius conatibus obviam ibant: ceſpititium ingens propugnaculum erexit, tantæ altitudinis, ut inde facile interiora urbis deſpectare poſſet, & in ſubjectas domos, cum magna earum ſtrage, tormenta adigere. Eo autem confidentius huic operi intentus erat, quod Aurantius & Belgici Ordines in ſubmittendis auxiliis parum eſſent ſoliciti, & in adminiſtrando bello duces non admodum vigilantes, nec efficaces haberent. In magna autem multarum rerum, & maxime militarium virorum inopia, recreabantur oppidani, inani & falſo rumore, qui in vulgus ſpargebatur, parari

ſci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſcilicet tormenta,& centum peditum cohortes ad ſigna vocari, quæ illis tribus Germanorum equitum millibus adderentur, ad intromittendum in urbem auxilium.

Eſt inſula quædam exigua in flumine, non procul ab urbis mœnibus, quam Hiſpani, ſi occupari ab eis poſſet, ad urbem infeſtandam, opportunam judicarunt. In eam itaque milites aliquot expoſuerunt, qui tumultuariis aggeribus excitatis, ut adverſus oppidanos ſe munirent, illiſque pro viribus incommodarent: ſed antequam munitiones erigere poſſent, tanta effuſa eſt in eos ferreorum globorum procella, ut multis miſerabiliter diſcerptis cæteri diffugere coacti ſint.

Erat ante portam Bruxellenſem, in exteriore labro foſſæ extans propugnaculum ingens, quod adjacentem mœnium partem protegebat, foſſa lata & profunda circummunitum,& firmiſſimæ ſtructuræ. Illud obſidentibus adoriri viſum eſt, quod faciliorem aditum, ſi caperetur, ad invadenda mœnia, habituri eſſent: ſed ab obſeſſis tam fortiter defenſum eſt, ut in triginta dierum ſpatio invadentes, nihil in ejus oppugnatione profecerint: quamvis exteriorem foſſam virgultis, & terra impleviſſent: tandem obſtinatis animis depugnantes, & defeſſis recentes ſummittentes, ad ſummum propugnaculi pervaſere, & defenſores inde expulere.

Ordi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Ordines cum obſeſſos ad multarum rerum inopiam redactos eſſe intelligerent, commeatum, ſulfureum pulverem, pilas & aliud bellicum inſtrumentum illis ſummittere decrevere: cum omnia autem itinera ab hoſtibus infeſſa eſſent, & urbs circumvallata, navigiis adverſo flumine ductis, auxilium illud intromiſere. Hiſpani, poſita in ancoris medio in flumine ingenti nave, in eaque firmo militum præſidio collocato, impedire conati ſunt: ſed ob nives liquefactas & juges pluvias exudante flumine, & rapido curſu defluente, vi aquarum ancoralibus funibus perruptis, navis abrepta eſt, non ſine præſidii jactura: unde liber acceſſus ad urbem navigantibus Belgis datus. Hoc ſucceſſu adaucti animis Ordines, plenum ſupplementum obſeſſis mittere, quocunque periculo ſtatuere: & Lalænio Comiti colligendi exercitus cura data: ſed non ea celeritate, qua opus erat, res peracta eſt: & diligentia hoſtium conatus illos reddidit inutiles.

Obſeſſi, ut ſuis neceſſitatem, qua premebantur, ſignificarent, ſingulis diebus ſub noctem aridas faſces in ſacris turribus accendebant. Diu vana ſpe auxilii ſuſtentati, cum negligi à ſuis viderentur; occupante ipſorum animos metu, quod in variis pugnis quam plurimos è ſuis commilitionibus amiſiſſent, ad inopiam pulveris ferè redacti eſſent, & peſte aliiſque

que contagioſis morbis laborarent: colloqui cum hoſte cœpere, ſi æquis conditionibus urbe excedere permitterentur, quod autem humanum & lene reſponſum darent, ſegniores in excubiis, & ſtationibus redditi ſunt, & remiſſus eſt militaris ardor, quo acerrimos hoſtium impetus antea retuderant.

Cum Hiſpani in oppugnationibus fœdè repulſi fuiſſent, tentare mœnia amplius non audebant: ſed ſenſim foſſis ductis ad mœnia adcedentes, tam prope munitiones hoſtium ſuas erexerant, ut in eorum vallum lapides jacere poſſent, qua de cauſa fiebat, ut levia certamina inter eos frequenter ſererentur, obſeſſi ſpe pacis, quam brevi ſe adſequuturos putabant, languidiores facti, quotidianam armorum exercitationem omittebant, & hoſtes ad pugnam, uti antea, non provocabant, unde aliquot Hiſpani & Germani milites audaciores facti, per dejecti muri ruinas adrepſere, & ad ſummum valli pervenere. Ibi diligenter contemplati, quid in urbe ageretur, vident, eos, qui in excubiis & ſtatione erant, magna ex parte ſopitos, ut qui erant vigiliis & laboribus aſſiduis oppreſſi: hoc ſtatim Parmenſi renunciatum, qui juſſit ut pluribus ſimul locis hoſtes invaderentur, ſine ullo, ſi fieri poſſet, tumultu. Itaque tympanis & tubis ſilentibus obſidentes, inſtructis ordinibus, in urbem irrupere, & cæſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

qui in ſtatione erant, urbanas munitiones tranſcenderunt, atque in interiora urbis, nequidquam obnitentibus militibus & incolis, penetrarunt. Ibi magna cædes omnis ſexus & ætatis facta, per tres integras horas, in quoſvis obvios ſævientibus victoribus. Poſtea milites & cives captivi facti, ſeſe precio redimere permiſſi ſunt, periere ex oppidanis circiter duo millia & quingenti: nec Hiſpani omnino incruentam victoriam reportarunt. Captus Moncadus Hiſpanus, qui quod à ſuis perfidè defeciſſet, ſtatim reſte ſuſpenſus eſt: præſidii præfectus Sebaſtianus, graviter vulneratus, ad Parmenſem adductus eſt, & apud eum in honore habitus. Victores in capta urbe aliquot dies morati ſunt, dum collapſa mœnia inſtaurabantur, & urbs cadaveribus.

Fama captæ urbis in omnes Europæ partes divulgata, diverſo animorum habitu accepta fuit. Qui Hiſpanorum partes fovebant, magnam lætitiæ ſignificationem edebant, victorum fortitudinem atque conſtantiam miris laudibus extollentes, quod ſuorum commilitonum cæde nullo modo perculſi, ab incœpto deſiſtere noluerint: ſed in obſidione perſtitere, donec urbem planè in poteſtatem redegerint. Qui bonum publicum totius Belgii optabant, diram ſortem infelicis populi miſerabantur, qui funeſto illo civili bello tam duras calamitates perferebat, ac ſtre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

ſtrenuorum militum fortiumque civium caſum dolebant, qui pro patriæ defenſione conſtanter dimicantes, à ſociis deſerti, & à nemine adjuti, indignam necem ſubjiſſent: inefficaces etiam Ordinum duces, & inexpedita conſilia accuſabant, qui viros fortes, ac de Rep. bene meritos, hoſtium truculentiæ objeciſſent: Sic aliquot antè annis cum Harlemenſibus, pro patriæ defenſione graviſſima paſſis, egiſſe: hac ratione fieri, ut viri fortes pericula ſubire pro communi cauſa detrectent; quod ipſorum ſalus non magis, quam imbellium, Reip. rectoribus curæ ſit: & in magnis difficultatibus animos deſpondeant, quod militum auxilium ipſis in magnas anguſtias redactis ſperare liceat ab iis, qui ſupina negligentia bellica negotia adminiſtrant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

APPENDIX,

IOANNIS METALL

METELLI

LEODIENSIS EPISCOPATV

IVLIVS Cæſar Commentarioru ſuorum belli Gallici, libro quinto r fert Legionem unam cum quinque c hortibus, quam proximè trans Padu conſcripſerat, abs ſe in Eburones (qu rum pars maxima eſt inter Rhenum Moſam, quique ſub imperio Ambiorig & Cativulci erant) miſſam, eiſdemq C. Tilurinum Sabinum & L. Aurumul tium Cottam Legatos præfectos fuiſſ quos una cum Legione prædicta ab An biorige & Cativulco aſtu quodam circun ventos cæſoſque ad internecionem omn eſſe ipſe teſtis eſt. Ab ea itaque Legion occiſa Leodienſem civitatem nomen ac cepiſſe author eſt Hubertus Thomas, & ad eam originem alludere etiam videtu Gallica vox, quibus Liege ea urbs dici tur, quaſi Legio dicerent. Sunt autem qu nominis Etymon referant ad ignobilen quendam rivulum, cui Legia nomen eſt haud procul Ans oppido ſcaturiente, qu tribus circiter emenſis miliaribus Leo dium intrans, Moſæ miſcetur. Cumqu Epiſcopatu ampliſſimo gaudeat, populo ſub ſe complectitur Cæſari veteribuſqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

otos ac celebratos, Eburones, quorum
eſtigium retinet Ebura oppidulum mil-
ario uno à Leodio diſſitum: Tungros
ui Germanos ſe primi dixere, à Leodio
c Trajecto ad Moſam æquis interſtitiis
inum milliariorum Ieckre flu. ſiniſtræ ri-
æ inſiſtens oppidum. Centrones eo loco
abitaſſe contendunt multi, ubi hodie
onnihil mutata voce Saint Truden id
ſt Sanctæ Gertrudis Abbatia videtur, à
eodio ſex, à Tungris tribus diſtans mil-
iaribus. Continet vero Leodienſis Epi-
copatus territorium Ducatum Bovillo-
enſem, cujus Dux Godefridus anno re-
aratæ ſalutis octuageſimo nono ſupra
nilleſimum, in expeditione Ieroſolymi-
ana primus conſcenſis urbis mœnibus, vi-
ctrices erexit manus, ob idque Ieroſoly-
mitanus Rex ſalutatus fuit, quanquam re-
gnum ſine titulo uſurparit: ei ſequenti
anno ſucceſſit Balduinus frater, quem pri-
mum Ieroſolymorum Regem Hiſtoriæ
dicunt: Marchionatum item Franci
Montenſem, Comitatum Borchlonen-
ſem ſeu Lootenſem, & Comitatum Haſ-
baniæ, cujus civitas præcipua eſt Borck-
worm. Baronatus vero plures complecti-
tur, Abbatias opulentiſſimas ultra quinqua-
ginta. Omnis ferè Leodienſis urbis vicinia
vinum profert, quãquam admodum tenue
ac ignobile. Carnis, piſcium, ferinarum ve-
nationes ingens copia eſt. Vix tandẽ poſſi-
bile æſtimẽt regionem quampiam reperiri

chriorem, magiſve fertilem aut fœliciorem hac ipſa, ſive aërem ſpectes, ſive limpidiſſimos fluvios undique agros irrigantes, ſive ſylvas opacas, montes valleſque, vineta & fructus, per omnem vicinum agrum provenientes, ſive tandem ferinarum venatum, piſcationem divitem, amplumque aucupium cuiquam comparare velis. Fluminibus undique rigatur, quorum maxima pars Moſæ miſcentur, Legia, Vta, Veſa, Ambluarus, Iekel, Hoy, Veſera, Vl, Voer, Vrt ac nonnulli alii ignobiliores rivuli, reliqui per Demeram ad Scaldim deferuntur: uti ſunt Ratbeck, Stimmer, Herck, Heſp, amnes limpidiſſimi. Sylvis affatim plena, Ardennæ portiones ſunt, Sylva Iulio Cæſari celebratiſſima. Ejus portiuncula Comitatui Namurcenſi vicina, Saltus Marlignianus dicitur. Montibus Regio hinc inde tumultuatur, unde Minæralium fodinas cernere eſt: nam præter ferri fodinas, quæ juxta Hoy ac Dinantum oppida exercent, ubi & Alabaſtri, Marmoriſque variegiati ac diverſi coloris ingens copia eruitur: plumbi quoque aurique nonnihil reperitur. Ipſe Leodienſis ager foveis cuniculis in imum actis ad miraculum profundis, aſſiduè fatigatur, unde & ferri & carbonum, quos Lithanthraces vocant, vernacula lingua Steenkolen/ ingens eruitur copia. Hinc enim per univerſam ferè Belgicam devehuntur, ac lignorum inopiam levant. Quare hujus

re hujus terræ incolæ tria ſe jactant habere notatu digniſſima, panem pane meliorem, ferrum ferro durius, ignem igne calidiorem.

Salis nitri vix uſquam plus fit. Thermis inſuper aquarum calidarum haud minus ea regio à natura donata eſt. Plinius libro trigeſimo primo, Hiſtoriæ Naturalis meminit Thermarum Tungrenſium his verbis, Tungri civitas Galliæ fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia: eadem aqua igni admota turbida fit, ad poſtremum rubeſcit. Hæc Plinius: Verum is fons non in ipſa Tungrorum urbe, ſed octo milliaribus ab ea diſtante loco viſitur, à Leodio quinque, à Lemburgo duobus cum dimidio. Aquiſgrano quinque, haud procul Spa oppidulo, eum fontem acidum, lingua autem vernacula **Zorenborn** vocant accolæ. Lucus eſt amœniſſimus Ardennæ ſylvæ ramus, plurimis ſcaturiginibus aquarum limpidiſſimarum refertus, quarum aliæ aliæque ſunt complexiones ac proprietates ad varia morborum genera efficaciſſimæ: omnium autem præcipuus in ædito monte ſitus Savenier appellatur, medeturque tertianæ febri, hydropicis, calculoſis, hecticæ febri, ſtomachum purgat, nec non & guttæ ſcyathicæ prodeſt, reliquæ notæ ſingulæ cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Pliniana deſcriptione concordant. Terra Leodienſis tantæ bonitatis, fertilitatis, ac amœnitatis eſt, ut eam Ioannes Mandevilius Anglus, univerſo penè orbe peragrato, omnibus aliis regnis, provinciis ac regionibus præferens, quaſi unice commendarit, eamque ex omnibus elegerit, in qua reliquum vitæ ſuæ curſum vel tempus tranſigeret, ac Leodii eam tandem finivit, ac ſepultus ibidem Anno 1372. Oppida autem civitateſque muris valliſque munitas (præter eas quæ Trajectenſis ſunt diocæſeos) viginti quatuor. Earum prima maximaque eſt Leodienſis, eademque Metropolitana, mirum in modum inter montes celſiſſimos, in amœniſſima quadam valle extructa, Moſa flu. perluitur, is duobus ramis urbem ingreſſus, in com. pluſculas inſulas elegantiſſimas eam diſpeſcit, ibidemque præter Legiam paulo ante nominatam, tribus pulcherrimis a mnibus augetur, Vta, Veſa, & Ambluaro ex Ardennæ ſaltu profluentibus piſculentiſſimis.

Abundat inſuper urbs ipſa fontium perennium perpetua ſcaturigine: complures enim domos invenias tribus aquarum vi ventium fontibus ornatas. Civitas eſt amplissima, utpote quæ ſuo complexu contineat montes altiſſimos, valleſque haud minus profundas, torrentes compluſculos vineta haud pauca. Ædificiis conſtat lapideis pulcherrimis: palatium habet Epi

ſcopal

ſcopale magnificentiſſimum, Collegia, Monaſteriaque ac hoſpitalia ſeu Xenodochia permulta.

Templa tum in urbe, tum in ſuburbiis ultra centum. Civitas eſt populoſiſſima, cujus: Incolæ induſtrii, & ad quævis idonei lingua utuntur Gallica, eaque admodum corrupta. quod inter utramque Germaniam Galliamque ſiti, ab utriſque nonnihil mutuentur. Reliquæ urbes ſunt Bovillon, Ducatus titulo inſignis, Borchloon Comitatus dignitate pollens, quemadmodum & Borckworm. Tungri civitas olim maxima & Metropolitana, Epiſcopali dignitate clara, anno Chriſti 101. is Epiſcopatus poſtmodum, Anno nimirum ſalutis 138, Trajectum, tandem Anno à Nativitate Chriſti 713. Leodium tranſlatus eſt. Tungrorum autem civitas nobiliſſima, ab Atlla Hunnorum Rege funditus everſa deſtructaque fuit: præter cæera inſignia magnificaque ædificia, ultra centum templorum ruinas videre erat: inde ejus amplitudo facile colligitur. Poſt nodum tempore Caroli Calvi Imperatoris, denuo à Nordmannis exciſa ſpoliataque fuit, Sicque ex potentiſſima ampliſſimaque civitate (ea eſt rerum omnium viciſſitudo ac inſtabilitas,) in imbecille ac exiguum evaſit oppidulum: haud ſecus Hoy civitas olim famoſa, ampla potenſque, authoribus nonnullis Benefacta appellabatur. ſplendoris antiqui propter cre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

bras everſiones à Barbaris nationibus perpeſſas, vix quidquam retinuit, quin & ipſum nomen mutavit, hac ætate Hoy, à torrente quodam impetuoſo, ibidem in Moſam influente dici cœpit.

Haſſelt Demeræ fluvii ſiniſtrę ripæ inſiſtit. Dinantum autem ad Moſæ flu. ripam dexteram ſitum, civitas olim negotiationibus ac mercaturæ dedita, ac nobilis, verum crebris incurſionibus ac bellorum tumultibus fatigata, ad inferiorem nunc fortunam redacta eſt. Maſeick ripæ ſiniſtræ Moſæ fluvii adjacet, quemadmodum & Stockem. Bilſen ad Demeram flu. ſitum exiguum oppidulum: Sainct Truden, alias Centron, à Centronibus Cæſari nominatis populis dici putatur. Reliqua oppida hujus Tractus ſunt Tuinum, Viſetum, Varem, Beringium, Herck, Bree, Per, Hamont, Sinei antiquiſſimum oppidum & Covines.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 57